ma quedam: per quam causa materie matrix extendit materiam agere forte nō nihil in materiam propriā: q; sit mediū. quo cā illa materiā videt extendere. Sed i materiā alienā nihil penitus operari quoniā semper distare cogit agens a patiente: qō impedit actionem. Qualitatem vero in materiam: tam alienam: q̄ propriam secūdum peripateticos aliquid operari. Qō si a materia: que in neutrā agit materiam ad qualitatem: que quodammodo movet vtranq; per mediā quantitatem: que solum in alteram. s. propriam quodāmodo operatur: nos ratio ducit: nunquid a quātitate: que nullo modo movet materiam alienam: absq; medio vllo ad rem illā trāsibimus: que omnino moueat alienam? ne quaquā. Qualitas autē est proxima quantitati. Itaq; non est omnino sufficiēs qualitas ad extrinsecaz actionē. Si ergo claudicat ad agendum: a substantia superiore dirigitur: que oīno sit potēs. Merito qualitas claudicat. Quoniam eo ipso monēte: quo nascitur: spargitur per materie latitudinē: profunditatemq; & quasi letheo flumine mergitur. Quo fit: vt antequā ipsa agat quicquaz: a materia quasi inficiente quodāmodo superet. Nunquaz ergo vis eius vincit per se materiaz. Idcirco nūq; per se mouebit: nisi a supiore cā roboret. Roboratur profecto: & ducit a vita quadam: que etiā ex luto non viuente: quando rane generant: & muscę vitam gignit: ac sensum: ex vna: deformiq; materia simi varios: speciosissimosq; procreat flores: p varia: & speciosissima semina: que cuz sepe non inueniant infimo: necessario in vita ipsa sunt. Sparsas quoq; materias cogit ordinem. Ordo a ratione pcedit. Ratio consistit in vita. Vita in virtute quadam nduisibili. Siquidem mors diuisione: & resolutione contingit. Rursus ex frigidorum corporum collisione generat ignem. Et quādo reflexio radiorum in speculo: aut calens ferrum per qualitatē ignis accidentalē calefacit lanam: vita illa per vitalia ignis semina substantialē ignis speciem producit in lana. Quid deniq; (nobis putamus esse? Quod nutrimentum haud violenter consumit: sed suauiter: & ordinate concoquit: & digerit? Quod taz mirabiliter ad viuam redigit formam alimenta non viua? Quod grauia sursum: leuia deorsum absq; manifesta violentia preter: immo super illorum naturam: put vsus vite postulat: continue transfert? Quod pugnantia inter se conciliat: vincitq; in vnū? certe nō simplex calor igneꝰ. Non alia qualitas vlla pugnantium. Nō natura diuidua. Non nuda nature ppietas. Immo vero superior quedam: & indiuidua: & vinifica virtus. Sicut aut in nobis: ita & in vniuerso considera. Atq; ex his collige: formas corporales non habere ex se inuicem generationem sufficientem: sed causam postulare insuper aliquaz altiorem. Que quidem superior causa si rursus forma esset similiter iuncta materie: ab alia iterum substantia superiore descenderet. Tandem ne fiat in infinitum progressio: ad formam aliquam perueniendum est: que nullis sit mixta corporibus. Tanta vero est in genere formarum virtus ad id: vt a materia separate esse possint. Vt etiam siquis illas esse quidem coniunctas ex se dixerit: verum ex ipsa mentium contemplatione se iungi: hinc saltem fateri cogatur: mentes ipsas esse seiunctas: quando quidez ipse al a separant. Quod hinc rursus apparet: quia substantia per naturam: & dignitatem prior est quantitate: ac reliquis accidentibus. Et quia quod prius est potest esse a posteriore seorsum: potest esse substantia quedam sine quantitatis diuisione: si potest: vtiq; est aliquando. Ne desit nature ista perfectio. Ne frustra sit ista potentia. Nam in his que ad precipuum vniuersi ordinem pertinent: ita se res habet: vt quicqd potest esse: aut iā sit: vt physici opinant: ne contingat ineternis mutatio: aut saltez sit ali-

quãdo:ue aliqd sit semp inane. Ac si vita: que sola origine naturali antecedit sensuz: iam nũc p se existit alicubi sine sensu: multo magis substantia: que quãtitati tam dignitate q̃z origine præstat: consistit nũc in rerum ordine seorsum a quãtitate. Præsertim cũ perfectius sit vniuersum: si substãtie quedaz sint solute a vinculis quantitatis: q̃z q̃ sint vite quedã sensus expertes.

A Auerroys ex Aristotelis sententia probat corpoream: substãtialemq̃z celi formam carere materia. Quia videlicet ibi nulla sit ad diuersas formas potẽtia: que propria ẽ natura materie. Ibi tamẽ dimẽsio est: eiusmodi formaz inter naturales formas atq̃z diuinas esse mediã arbitratur: q̃ naturales forme cum materia simul: quãtitateq̃z sint: diuine ab vtrisq̃z penitus absolute: celi vero forma vtrarumq̃z media sit: ne ab extremo ad extremum sine medio trãseatur. Quapropter eam cũ quantitate quidem esse: sed sine materia cõsentaneũ esse censet. Hinc nos hunc in modũ argumẽtamur. Cum substantialis forma soleat in materia potius q̃z in q̃ztitate iacere: atq̃z habeat ẽm generis: naturaq̃z ordinez: maiorem cum materia q̃z cum q̃ztitate ꝓportionez: si alicubi absq̃z materia potest esse:

B multo magis alicubi seorsum a quãtitate consistere potest. Præterea: vt proculo placet: tria sunt genera corporũ. Sunt enim quedã: vt eius verbis vtar: materialia simul: atq̃z cõposita. Qualia sunt: q̃ ex elemẽtis quatuor cõponuntur. Sũt vlterius elemẽtorũ sphere: materiales qdẽ: sed quo

C dãmõ simplices. Sunt deniq̃z celestia corpora: ꝛ simplicia: ꝛ imaterialia simul. Tria quoq̃z formaruz genera ponit: haud aliter q̃z Auerroys. Vult. n. generalẽ formaruz diffinitionem eiusmodi esse. Forma est id quo aliquid distincte: ꝛ actu est: ꝛ agit. In hac aũt diffinitione dimẽsiones omino nullas ineludi: subiectũ tamen quodãmõ forte significari: duz videlz dr: quo aliquid: ꝛ cetera: que sequũtur. Unde cõcludit: si q̃ formne sine subiecta materia sint: sicut celestes: multo magis: ꝛ multo plures absq̃z dimensione esse posse simul: atq̃z debere.

D Item sic proculus: ꝛ sirianus ad idem argumẽtantur. Quod ab alio semper extenditur: necessario dimẽsionibus ẽ astrictũ. Quod vero extendit: minime. Materia igitur cũ semper ab alio extẽdatur: necessario dimensionibus obnoxia est. Quia tñ vnũquodq̃z prius in se est quodãmõ quã extẽdatur: materia potest in diuidua cogitari. Quapropter p̃cipiũ illud: a quo extenditur: multo magis pót sine dimensionibus non mõ cogitari: sed esse. Præterea oẽ diuiduũ est qddam totũ vnũ ex pluribus partibus cõstitutuz. Que partes nisi haberent in se vnum aliquid: atq̃z idẽ cũctis cõmune: nunquam totum illud conficerent. Non enim fit vnum nisi ab vno. Rursus nisi eẽnt participes vnitatis: nulla partium esset vnum: sed plura in infinitum. Et quelibet pars inumere infinita. Unum illud partibus insitum non est diuisum singulatim in singulis. Egeret enim ipsum quoq̃z alio copulante. Ergo est idẽ totumque in singulis. Tale quiddã incorporale esse necesse est. Item cuz omne corporale sit vnum quiddam totum ex partibus: quid nam illius vnionis causa est.

F An totum ipsum vnit partes: vel partes totum vniunt? Uel superius aliquid: q̃ neq̃z pars sit vllius: neq̃z totum ex partibus partes vnit inuicem: ꝛ ad totum? totum partes sequitur potius q̃z vniat. Ac si admittatur: q̃ vnit partes: incorporeuz erit? Si enim sit: ipsum quoq̃z diuiduum eget alio similiter vniente. Si partes vniunt totum: absurdum id quidem. Quod a multitudine vnitati opposita fiat vnio: que fieri debet ab vnitate. Reliquum est: vt præter partes singulas: atq̃z totum adsit aliquid vnuz conspirationis illius causa. Quod quidem sit incorporeum: ne cogatur ipsum quoq̃z copula indigere. Atq̃z ita abeamus in infinituz. Quapropter nõ est putãdum formã aliquã diuisam in corpore: apicem esse nature: rerũq̃z pñcipiũ.

Dꝛeſertim cum oꝑteat principium re/
rum vi ſue ſempiternū fuiſſe: ⁊ foꝛe: fuiſſe
quidem ſemꝑ: nā neq; potuit ex ſe aliquā
do pꝛodꝛiſſe. Fuiſſet enim ipſum ante ſe/
ipſum: neq; ex alio: nihil eniz ante primū.
Reliqua vero nō eſſent vnquam niſi pꝛi/
us fuiſſet primū. foꝛe quoq; ſemper. Quo
niam extincto pꝛincipio: coꝛruunt vniuer
ſa. Neq; ipſuz amplius: neq; aliud ꝙquā
renaſci poteſt. Habeat ergo neceſſe eſt viz
infinitā: per quā ex ſe infinite viuat: hanc
nō habebit: ſi fuerit coꝛporale. Nā ſi dimē
ſiones habuerit infinitas: nihil erit in re/
bus aliud p̄ter ipſuz. Si finitas: viz quoq;
finitā habebit. Dicto quod alias oſtēde/
mus: neq; corpus: neq; coꝛpoꝛeā formā: ⁊
indignā: ⁊ mutabilē ſufficiens motionis
principiū eſſe poſſe: ſed omne coꝛpoꝛeū ab
alio agitari. Atq; opifices: qui opificio mi
ſcetur: ificituꝛq;: nō poſſe operi diuari: opi
cemq; eſſe plectū: primū ve mundani ope
ris architectū. Ergo formam coꝛpoꝛeā trā
ſcendamus: ⁊ cōſideremus nūc primam:
que deinceps obcurrit. Ut ſicut a coꝛpoꝛe
tāquam infimo adſcēdimus ad formā coꝛ
poꝛeaz: quaſi mediā: ꝙa habet coꝛporis ali/
quid: dum dilatatur in coꝛpoꝛe. Aliꝙd ve
ro non habet: ſiquidem ipſa non eſt aliꝙd
ex materia ⁊ forma cōpoſitum: ita nunc
ab hoc medio ad foꝛmam ſublimioꝛez in/
coꝛpoꝛeam: ſez proueh̄amur: que nihil ha
beat coꝛporis: que coꝛporibus diſtribuat q̄
litates. Que quoniam per ſe ſubſiſtit: vera
forma: ⁊ eſſentia nominatur. Tertia inq;
eſſentia: quam etiam ſuo loco rationalem
animam appellabimus. Quam ita irratio
nalis anima comitat: vt coꝛpus vmbra.
Eſſentia illa: ⁊ vera: ⁊ immoꝛtalis a plato
nicis ideo iudicatur: quia neq; partibus
indiget: in quas aliquādo diſſolui poſſit:
⁊ p quas diſperſa virtus debilitetur. Ne/
q; ſubiecto aſtringitur: a quo deſerta ali/
quando euaneſcat. Neq; contrarie forme
miſcetur: qua infici poſſit: neq; vel loco
clauditur: vel tempoꝛi: vel motui ob in di
uiduam: ⁊ in ſe manentem ſimplicitatem
ſubſtantie ſubeſt.

¶ Anima rationalis per ſubſtantiam im
mobilis eſt: per operationem eſt mobilis:
per virtutem eſt partim immobilis: par/
tim mobilis. Capi. 4.

Tertie huius eſſentie naturaz qualē
eſſe dicemus? Immobilem ne pꝛoꝛ/
ſus: an potius mobilem? Certe nō omni/
no imobilē: q; ipſa ſons eſt qualitatū fluē/
tium in materiā: que omni quiete carent.
Omnis autē cauſa ſm naturam pꝛopriā
agit. Ideoq; oꝑtet in opere vim aliquā:
⁊ imaginem cauſe reſeruari. Si eſſentia il
la: que eſt cauſa qualitatū: eſſet pꝛoꝛſus im
mobilis: q; per naturā ſuā omnino imobi
lem ageret: qualitas ide deſcendens imo/
bilem in ſe naturam aliquā retineret. Cō/
tra vero contingit. Nam in tria qualitate
ſunt: eſſentia: virtus: ⁊ actio: hec omnia
verſantur in motu. Eſſentia eius genera/
tur: atq; coꝛrumpitur. Generatio ⁊ coꝛru
ptio per motū efficiuntur. Virtus quoq;
nature ſue intēditur: atq; remittitur: pu/
ta calor magis: minus ve feruet. Qō autē
magis: minus ve diuerſis temporibus ca
let: proculdubio permutatur. Actio quo/
q; idem patitur. Ignis ſiquidem actio ca/
lefactio eſt. Aquam non momento caleſa
cit: ſed tempoꝛe. Actio temporalis motus
ab omnibus nominaſ: ideo qualitas om/
ni ex parte ſubijcitur motui. Quod hinc
rurſus apparet perſpicue: q; affectio coꝛ/
poris: que per qualitates efficitur: non po
teſt per aliquam temporis moram eadem
penitus: ⁊ ſimilis permanere. Ac ſemper
tum in altam: atq; aliam graduz pꝛopoꝛ
tionem: tum in melius: vel deteꝛius per/
mutatur. Nempe ſiquis dixerit adultam
coꝛporis affectionem permanſiſſe per hoꝛ
ram Platonici ita interrogabunt illum:
hoꝛa finita: nunquid par ſit tunc in illa af
fectione virtus: ac in hoꝛe principio. Si
non ſit par virtus: certe non ſtetit hoꝛam:
cum in ea hoꝛa ſit ſm potentiam permu/
tata. Si par virtus dicatur ineſſe: affectio
illa hoꝛam rurſus aliſ per durabit. Equa/

les enim vires equalia faciunt. Igitur si per tantam vim permanſit horam: per equalem rursus aliam permanebit. Hora secunda expleta: similiter de virtute illa interrogabunt: par ne sit: an impar. Si impar: non stetit. Sin par: stabit quoq; tantundem. Deinceps in infinitum similiter procedent: monstrabunt; naturam illam corporis: si modo horam: aut horę dimidium steterit: perpetuo permansuram. Perpetuo vero non viget corporis secundum se vllius complexio: cum brevi omnes extinguantur & pereant: itaq; vix momentum temporis eedem pseverant. Et quia in eodem momento incipiunt: atq; definunt: in incipiendo autez: & definendo integerrimus existendi habitus minime possidetur. Integro vero existendi actu opus est ad agenduz: ideo cõfirmari videtur: quod in superiori disputatione probauimus: non esse in qualitatibus sufficiens agendi principiuz. Sed vt ad questionem hic propositam reuertamur si est in qualitatibus: quantum ad eas attinet: motio status omnis quodammodo expers: quonam pacto ab ea causa gigni proxime possunt: que tãto ab ipsis interuallo distet: vt statum habeat omnis motionis expertez? Si a extremo ad extremum omnia per media transeunt: vt ab hyeme per ver in estatem: ab estate in hyemem per autumnuz: certe inter qualitatem penitus mobilem: atq; essentiam prorsus immobilem necessario ponendũ est aliquid: quod partim immobile sit: partim etiam mobile. Itaq; substantia illa qualitatum proxime genitrix omnino immobilis esse non potest. Quid ergo dicemus? An istam quoq; substantiam omnino mobilem asseremus? Minime. Nã vel esset in genere corporalium qualitatum: in eo tamen genere sistere gradum non possumus. Vel causa: que in genere superiore locatur: effectum suum sufficienti perfectione non excederet: si substantia que qualitatis est causa: nõ minus q̃z qualitas vacillaret. Quocirca substantia illa partim stat: partim vero mouetur. Tria quidem in se habet & ipsa: essentiam: virtutem: operationem. Quid horuz stabit? quid mouebitur? operatio quidem stare non potest: si duo precedentia permutentur. Neq; moueri essentia: quin sequentia moueantur. Stabit ergo primum: scilicet ipsa essentia. Mutabitur vltimum: videlicet operatio. Sed medium vtrorunq; virtus quid? Stabit & ipsa partiz: partim quoq; mutabitur.

¶ Super animam mobilem est immobilis angelus. Cap. v.

Hactenus formam quandam supra corporis complexionẽ inuenimus: quam rationalem animaz appellabimus cuius essentia semper eadem permanet: quod significat stabilitas volũtatis: atq; memorie. Operatio autem ex eo mutatur: quod non simul cogitat omnia: sed gradatim: neq; momẽto alit: auget: & generat corpus: sed tempore. Naturalis virtus manet: q: naturalis eius vigor viget perpennis: neq; intenditur neq; remittitur. Virtus acquisita mutat: quia ex potentia in actum: ex actu tramit in habitũ atq; conuerso. Hucusq; ascendit Heraclitus: Varro: atq; Manilius: ceterum altius ascendendum. Siquidem forma hec non potest esse totius nature principiuz. Perfectior enim est operatio stabilis: que vno momento perfectissime suum opus absoluit: q̃z que indiget tempore. Integrior vita: que tota simul est vnita secum a seipsa non distans: q̃z que per diuersa tẽporum momenta porrecta secundũ actus affectusq; intrinsecos quodammodo a semetipsa distrahitur. Igitur super hanc formam: cuius operatio extrinseca vagatur per tempora: cuius vita i. intrinseca operatio: quasi quidã fluxu dispergitur: ponenda est alia quedã forma sublimior: cuius opatio stabilis sit: cuius vita tota simul vnita. Siquidem perfecta semp sunt

imperfectis anteponenda. Propterea qđ
sicut pfecta in aliquo genere sunt illa: q̃ p
suã naturã sunt talia: sic imperfecta sunt:
q̃ per se talia nõ sunt: alioquin essent inte-
gerrime talia. Si itaq; iperfecta nõ sunt
f per seipsa: per superiora cogunt esse. Itez
qđ mouet ex potẽtia ꝛ otio ꝓrumpit in
actum: ꝛ terminũ aliquem sui motus: ac
finem expetit: quasi sibi ipsi minus suffi-
ciat: sed illo egeat: ad quod motione sua se
cõfert. At vero sup id: qđ ex otio migrat
in actũ. existit aliqd semp: qđ actus ple-
nus est: atq; perhennis. Sup id: qđ pro-
pter indigẽtiã trãsmutat: existit aliqd ne-
cessario: quod qa vel nullius vnq̃ indi-
gnũ est: vel iã plenissimũ: non mouetur.
Præsertim cũ id: quod mouet: per appe-
titũ ꝓficiendi mutetur: neq; possit aliter
q̃ melioris: præstãtioriq; nature adeptio-
ne ꝓficere. Neq; habeat rem illam: quã
querit per motionẽ: sed post motũ adipi-
scatur. Non qdem a seipso: quid. n. muta
ri oportuisset: sed ab alio quodãmodo ex
6 ab alio pfectiore terminãdũ est. Res mo-
bilis ex se caret termino: qa non gescit in
semetipsa. Ac ñ reo quedã talis sit rerum
principiũ: q̃ per opationẽ suã mutabilez
efficiet oia: nullus erit status in rebus.
11 Nũc vero vsqueadeo necessarius est ali-
quis in rebus status: vt etiã motus ipse
statu nõ careat. Nisi enim res: q̃ per mo-
tũ aliter: atq; aliter affici dicitur: maneat
in substantia per aliqđ tẽpus: eadem nec
mutabit affectiones: nec variabit paula-
tim: sed momẽto tota cessabit. Et ipsa or-
dinatissima celo: ũ circa idẽ centruz: eos-
dẽq; polos reuolutio. Motionũ equali-
tas syderum restitutio alicuius status est
particeps. Atqui quẽadmodum qđ stat:
stat ꝓpter vnitatẽ: ꝛ vnitur in statu: qđ
alias declarabimus: ita qđ mouet: mous
tur ꝓpter statũ: ꝛ stat in motu. Mouetur
inq̃ ꝓpter statũ. i. ꝓpter quãdam motri
cis virtutis stabilitatẽ: q̃ nisi in suo vigo-
re maneret: nõ seruaret ordo vllus in mo
tu. Imo neq; motus: vel parump ꝓtinus
ref. Rursus stat in motu. i. perseverat in
norma eadẽ: vel equali: vel simili motio-
nis. Multa etiã sunt: q̃ ꝛ ñ ꝑm aliquam
spẽm motus mouent: tamẽ secundũ spẽs
alias non mouent: partim ergo mouent: 3
partim vero gescũt. Adde q ꝙ cũ prima re
rũ materia sit sempiterna: qđ per substan-
tialẽ mutat formã: interea tamen perma-
nere cogitur per materiam. Itaq; multo
magis quod ꝑm quãtitatẽ: qualitatem lo
cum mutat: manere põt: imo ꝛ oz interiz
per substantiã. Quid plura? quod nullo
pacto manet: dũ admittit statũ: totum si-
mul ꝛ motuz amittere cogit. Si itaq; est
aliqua in rebus stabilitas: non põt rerum
principiũ mobile esse. Quare qđ mobile
est: non est nature principiũ. Igit est ali-
quid sup aiam: vt aia: q̃ natura sua ad in-
telligendũ: ꝛ nõ intelligendũ est indiffe-
rens: cũ vicissim ab altero permutet in al
terum: per eius influxum ad intelligen-
dum determinetur: quod in tali genere
semper est actu. Tale est: quod est semper
intelligens: siue semper intelligibile actu
quod est idem. Preterea q̃cquid ꝑm 8
partez tale est: per illud ountaxat tale est:
quod tale secundum se totuz existit: sicut
lignum ex parte calidum per ignem cale
scit: q̃ ex toto calet. Quia quod tale est
per naturam suam: puta caliduz: sicut to-
tum a natura propria comprehenditur:
ita totum ab huiusmodi qualitate. Atq;
contra: q ꝙ per partem est tale: non est tale
per semetipsum. Tertia vero essentia illa
scilicet anima non est secundum se totaz
intelligentia. Habet enim alias quasdam
naturas: preter intelligentiã: ex perpertes
intelligentie. Ergo mens in anima: pars
quidez est anime. Pars quoq; est mẽtis
quodãmodo mẽtis inq̃ altioris: q̃ tota:
solaq; mẽs est. Quippe si ala mẽtẽ habe-
ret a semetipsa: in anime substantia ratio
propagande mentis inesset. Unde ꝛ to-
ta anima esse ꝛ mens: ꝛ mens quidem to-
ta: atq; perfecta. Et omnis anima mentez

haberet: quia in qualibet anima ratio animę reperitur. Et ſicut mouere corpus: q̄ per naturam ſuam anime conuenit: animabus ſingulis ineſt: ita intelligendi facultas animabus ineſſet omnibus etiam beſtiarum: ſi per naturam ſuaz competęt anime. Ac ſi ſuper naturam minime efficacem eſſe efficaciorem aliquam neceſſe eſt: z mens: que eſt in anima: neq; ſolo ſui actu vllum extra ſe opus efficit; neq; efficaci ſue anime potentie imperat: oportet ſuper eam eſſe mentem ſuo actu alicuius operis effectricez: z efficacis potentie dominą. Merito ſicut anime caput eſt męs hec pars eius excellentiſſima: ſic mentis huius: q̄ non ſuiſpius eſt ſed aię: nō abſoluta: ſed ad aię huius tracta capacitatez: nō clara: ſed obſcura: z quod īmodo dubia: huius inq; mętis caput: z eſt mens q̄dą: que in ſeipſa eſt: libera q; z lucida. In quo ſane illud magoruz enodat enigma. Eſt res vndiq; lucida. Eſt res vndiq; obſcura. Eſt media lucida ptiz: ptimq; obſcura. In ordine corpoz res vndiq; lucida eſt ſtella quelibet ſuper lunam. Obſcurus vndiq; eſt aer. Media luna. In ordine vero ſpirituum. Mens eſt lumine plena. Anima irrationalis vacua. Rationalis tenet medium. Partem habet intellectualis luminis: parte caret. Ac partem: quaz habet a deo: ſeu luna a ſole: alias aliter accipit: mutatq; figuram. Ideo merito ſuper eam eſt angelus: qui tanq; ſtella quelibet ſuper lunam z totus ſemper: z eodem pacto ſui ſolis luce refulget. Prorſecto vbi natura ſuperior tangit inferiorę: ibi ex iſimo ſui gradu ſupremum inferioris attingit. Puta infimum ignis aeris attingit ſupremum. Natura vero intellectualis corpozali eſt natura ſuperior: tangitq; illam adeo: vt quod inter corpora preſtantiſſimum eſt: intellectualis ſit anime particeps. Inferiora vero: que plurima ſunt: nequaquam. Preſtantiſſima vero corpora ſunt apud platonicos celicolaz: demonumq; z hominuz. Sed nunquid mentes: que corporibus huiuſmodi tributę ſunt: mętium altiſſime ſunt? neque; quą. Alioquin natura inferior ſuperioris abſq; medio ſummū cōſequeretur. Ergo quęadmodū ſub corporibus mente ꝑdita q̄ plurima corpora ſunt expertia mętis: ita ſuper mętes corporibus inſitas q̄ plurime mętes ſunt nullis attributę corporibus. Atq; etiā multo plures ſunt q̄ corpoz ſpęs. Quoniā vt alias oſtędemus rationales aie inter eternitatę: tempusq; ſunt conſtitute. Eternitatis vero excellętia videt exigere: vt plures in ea quodāmodo ſpęs: pfectioneſq; q̄ in tępore ſint. Dicto: q; alias demōſtrabimus: iterualū inter animas: primumq; principium infinitum eſſe. Sed ſpatium inter ipſas: atq; materiam eſſe finitum: vt nemini mirum videri debeat: ſuper animas plures admodum angeloruz gradus q̄ gradus formarum infra animas eſſe poſſe. Deterea quando ex duobus fit vnum: z alterum illorum: quod minus perfectum eſt reperitur alicubi per ſe manere ſeorſum ab altero: multo magis alterum illud perfectius: z minus egenum eſſe alicubi ſine altero poterit. Fit autem animal vnum ex intellectuali ſubſtantia: id eſt anima rationali: z corpore. Corpora multa videmus ſine huiuſmodi intellectu eſſe: ac viuere. Quid igitur prohibet eſſe mentes plurimas corporibus non vnitas? Tales quidez erunt ſuper animas: que ſunt vnite corporibus. Deinde mentes coniuncte corporibus: quatenus tales ſunt: ſpeciem animalis ſole non complent. Sed compoſite ſpeciei ſunt partes: atq; vtplurimum: vt intelligant: in ea: que ſenſibilia ſunt: aſpiciunt. Quare z imperfecte quodammodo ſunt: z imperfecte agunt. Si igitur ab imperfectis in quolibet genere ad perfecta: que priora natura ſunt: eſt aſcendendum: conſequens eſt: vt ſuper coniunctas mentes ad ſeparatas ratio nos pducat. Que z ſpecies ipſe ſufficienter ſuas compleant: z intelligende

ad illa

ad illa:que per se intelligibilia sunt: aspi/
ciant. Mens ipsa:q; per intelligentiam ⁊
voluntatē nō necessario dependet a cor/
pore:⁊ naturaliter formas separat:atq; cir
ca separatas versatur: ⁊ quicte potius q̄z
motu pficit:per naturā est a corpore:mo
tuq; libera. Idcirco magis nature sue cō/
uenit:vt viuat seorsum a corpore:motuq;
q̄z vt viuat in corpore:atq; motu. Multe
tñ mentes in corporibus mobilē vitā du
cūt. Quare multo magis:⁊ multo plures
immobilem vitā agūt absq; corporibus.
Quis neget in corpore substantie secun
dum genericum sui naturā cōuenire magis:
vt extra corpus sit q̄z vt in corpe. Ideoq;
plures illius speciei a corpore seiunctas
q̄z cōiunctas esse debere. Quod.n. generi
cuilibet naturalius est: id in eo existit vt
plurimū. Tales quidē sunt angeli: qui si
corpora mūdi mouent:ipsi:motis corpo/
ribus: nullo modo mouent. Anime tñ:
dum corpora transferunt:ipse quoq; ferū
tur. Motor:qui vna cum moto corpore
peruagat:perpetuum:stabilemq; tenorē/
⁊ ordinē mouendi nō seruat:misi p̄sit il/
li motor immobilis. Ideo mundane re/
uolutionis pperuis ordo testatur:esse alī/
quos super alios motores immobiles. Ele
menta quonā ex fluitate materia cōstāt:
seq; mutuo semper inficiunt: nullū ex se
ordinē obseruarēt:nisi a lege celestis mo/
tus ordinatissima regerentur. Cum vero
⁊ celum per se sit perpetuo immobile ideoq;
indignum:ordo in suo motu stabilis nō
ex ipso puenit:sed a superno motore p̄or
sus immobili:atq; individuo. Non.n. in
rebus tam diuersis:mobilibusq; stabilis
vnio perseueraret:nisi a stabilissimo:⁊ vni/
tissimo cardine:qui tandē ad vnitatē ip/
sam:statumq; refertur. Sane sicut mobi/
le se habet ad mobile:ita motor ēt ad mo
torē. Ergo sicut elementum:quod moue/
tur mobiliter:ad celum:quod mouetur
stabiliter. Sic motor celi mobilis: variū/
q; ad motorē stabilē:vnitumq;:stabile de
niq;:⁊ vnitum ad statum ipsum vnitatēq;
reducit. Profecto motorē sequitur actio
illa:que mouere dicitur:actionē hanc se/
quitur illa passio:qua moueri:atq; fit cō
tra. Non.n. priora a posterioribus ducun
tur:sed conuerso. Dōt igit multo magis
esse alicubi actio illā:que dicitur mouere
sine passione illa:que est moueri:q̄z passio
hmōi seorsum ab actione. Tamē passio ta
lis in corporibus est seorsum ab actione.
Igitur alicubi erit actio procul a passio/
ne. Ut sicut corpora mouent quidē: non
mouent:sic angeli moueāt:nō moueant.
De quibus inquit Zoroaster πατὴρ χθ
νὸς τοὺς ἀνόχους ἀκρατεῖς dicūt
dus habet intellectuales rectores imo/
biles. Igit sicut qualitates oīno mo/
biles antecedūt aie:partim mobiles:par/
timq; immobiles:sic alias antecedūt oīno
immobiles angeli. Angelos esse:atq; esse
multos Aristoteles in libro.xj. diuinorū
ita pbat. Motū celi continuum ordina/
tū:⁊ quātū in se est:indigentē oportet a
motore fieri: q neq; in se:neq; p accidens
moueat. Cum vero motus hmōi in celo
sint multi inter se discreti:specieq;:⁊ vir/
tute diuersi:oportet eos a pluribus eiusmodi motoribus fieri:qui videlicet neq;
corpora sint:ne cogant:dū mouēt:ab alio
interim ipsi moueri:atq; ita in infinitū
necessario procedat. Neq; rursus forme
in corpore:ne eas vna cum moto corpore
moueri contingat. Oportet.n. ad moto/
rem perfectissimum.i. immobilem pueni
re:ne in motibus vlla vnquā trāsgressio
fiat. Motores eiusmodi mentes sunt: fig/
dem in formis a materia oīno solutis itel
ligibile atq; intellectus est idē. Hec Ari/
stoteles. Ebrei: posteriores q; philosophi
mentes illas angelos:nūtios q; nomināt.
Quos præcipuos nō esse pauciores q̄z de
cē alicubi disputat Auicenna: alibi vero
multo plures significare videtur. Aristo/
teles aūt haud quaq̄z pauciores esse q̄z ce
lestes motus: cumq; numerū pbabili se
rōne cōpurauisse fatetur. Quod aūt ne/
cessarium sit sapientioribus se diutius re.

Quasi q suspicabatur: ne forte mētes ille ꝑm actionem suam propriā: ꝓcipuamq; id est intelligentiam: potius q̄ ꝑm actionem cōem: atq; posteriorē .i. morū essent dinumerande. Preterea cū ille sint motionum fines: forte vaticinabatur: nō esse ad motionū numerū numerandas. Atq; posse mentes esse q̄plurimas: que non
B sint mouēdis corporibus distribute. Quā obrem nō iniuria angelos esse pene innumeros: t supra significauimus: t in ꝓsentia sic ostendimus. Si species rez naturalū in materia: q̄ruo in subiecto: angustiq; sint: tū inter se nō per subiectuz: sed p se distinguūtur: atq; in numerū q̄ plurimum dilatātur multo magis substātie ipse: que sup materiā in seipsis viuūnt: p se ipsas distincte sunt: atq; mira quadā absoluti generis sui fecūditate in spēs quasi innumeras ꝓfus amplificate. Preterea intelligibile genus suapte natura magis multiplicabile q̄ corporeū esse vī. Sigdem numeri dimensiones: figure: ꝓportiones: raritas corpoz: velocitas motionū in ipsis corporibus semper terminata sunt: in mente tamē absq; termino pro arbitrio ꝓtēduntur. Rursus que in materia particularia sunt in mēte vniuersalia fiunt. Denicq; intellectus vltrā corpora cūcta: alia pro arbitrio innumera taz incorporea q̄ corporea cogitat. Cū ergo intelligibile genus magis adinodum q̄ sensibile amplificari possit potētiaq; tā bona i vniuerso semper inanis esse nō debeat: pculdubio iā actu sunt substātiarū spēs separataruz multo plurea q̄ spēs corporaliuz: p: esertim cuz potentia pstantioz: t magis: t prius in vniuerso actū sibi suū asciscat: q̄ debilioz. Denicq; vniuersi ordo cū sub infinito bono q̄optime dispositus sit: exigere omnino videtur: vt q̄ ipso sunt meliora: quatenus fieri pōt: super deteriorū q̄ritatē multiplicētur. Precipue cū inferiora superioꝝ gratia sint constituta. Qd̄ gdā in ipsis mūdi speri manifeste videmus. Quo. n. nobilior spa est: eo t amplioz. Adeo vt terra: t aqua: si ad supfoīa ꝓferātur: nisi pūctū ad circūferentiā sese habere putētur. Qd̄ aūt in corpibus est dimēsio: id i rebus icorporeis numerus esse vī. Quapp ꝓplentaneū est: vt intellectuales substātie: vtpote q̄ optime sunt: ac per se existūt: fines q̄ sunt corpaliū oium q̄ illarū gratia sunt ꝓcreata: longe plures numero sint q̄ t sparū motuū: t corpa oia. Qd̄ Dionysius arcopagita testat dicens. C
plures esse intellectualiū spēs separatas q̄ corpaliū. Verum potētissim⁹ vniuersi creator opus sibi suū q̄ simillimū reddere t potuit: sciuit: t voluit. Simillimū ꝑo sibi ipō potissimū ꝓcreauit: q̄ absolutas mētes: q̄ ipsi oium simillime sunt: vltra ꝓiūctas materie: foras: imēso: vt ita dixeri: spatio: dilatauit. Hinc illud Danielis pphete. Milia milliū ministrabant ei: t decies cētena milia assistebāt ei. In distinguēdis D
aūt ordinib⁹ āgelorū Dionysius ternario nouenarioq; nūero i ꝓmis: necnō iterdū septenario vt̄. Quin ēt duodenariū in christianoꝝ mysteriis repimus. Idē t iāblichus: pculusq; platonici posti Dionysiū obseruarunt. Sup mos. n. t medios angelos tertiarioꝝ t nouenario diuidūt. Septēnes autem septenario. Positemos deniq; CII
duodenario ordinū numero partiuntur. Cū ꝑo apud platonicos gradus corporū sunt rōnaliū aiarū vmbre. Et iarū vero E
gradus sunt. imagines āgeloꝝ: idcirco nō F
nulli āgeloꝝ ordines sūt ordines corpoꝝ simul: aiarū q̄ existiguūt. Sz de his alias. C Sup angelū est deus. Qñ aia est mobilis multitudo. Angelus multitudo immobilis. Deus immobilis vnitas. Capi. 6.

Angelū ꝓfus imobilē eē platonici arbitrant: ecentia: virtute: actōe. Qm̄ semp sit idē. Eque possit. Intelligat semp̄ oia simul: t velit eadē: t quarū in se est: agat subito quicq̄d agit. Hec platonici Quid vero dicāt alij: alias dicā. Mondū tū gescere hic cū Auia agora t permotimo rō nos pmittit: sed altius iubet ascēdere. Porro aia: q̄ mobilis est: ab alio ꝓ

transit in aliud. Igit aliud in se hz: t aliud. Qđ hec hz: hz t multitudinem: Quapp anima i seipsa multitudo quedā est: multitudo no mobilis. Angelus: q prime hāt: antecedit: esse negt imobilis vnitas: q que quedā huiusmodi res: quarū vna sit mobilis multitudo: t altera imobilis vnitas: lōgissime i se distare videntur. Vnitas siquidē multitudini opponitur: Immobile mobili. Qm̄ ergo res ille ab oīm pte inuicē opponunt: proxime sibi nō succedūt: sz medio quodā indiget copulāte. Animaz vero ipsam: q est mobilis multitudo: angelus abs q medio anecdit. Jō nō pt āgelus esse imobilis vnitas: ne deus & trema sine medio cōiūgunt. Imobile certe est: vt supra pbauim. Ergo nō vnitas. Restat: vt sit angelus imobilis multitudo. Vbi cū alia cōuenit in eo: quōd ipse multitudo est: sicut & illa. Discrepat aūt: q illa est mobilis: hic imobilis. Multitudinē certe aliquā potuere tangelo cōgruere. Est quale? Qualis pueniat intellectui: hoc est: vt essentiā hēat: atq esse: vim intelligēdi. Intellectionis actuz: rerūq intellectarū spēs plurimas. Cūvero āgelus nō sit simplex: o inquid hēat numerū: sup numerū aūt vnitas esse debeat: q vnitas & numeri totius origo: t vnione nō indiget: multitudo aūt natura sua idiget vnione necessariū & sup āgelū & aliud q dā: qđ nō modo imobile sit: sz vnū penitus: atq simplex. Ille q dē est deus: tāto rerūz potentissimus oīum: quāto & oīum simplicissimus. Siquidē in simplicitate cōsistit vnio. In vnitate ptās. Deū nemo dicere audeat ex pluribus esse cōpositū. Quia si modo recte cōpositus fuerit ex aliquo cōstabit: qđ erit tanqz subiectū: t aliquo: qđ erit tanqz forma. Itaq non erit deus vndiq pfectissimus: cuz in eo sit ps altera imperfectior: altera: t q libet ps imperfectior ipso toto. Nō erit agēs summū: q nō p se totū ager: quicqd ager. Sed p partē alterā. i. formā. Non erit beatissimus: q nō fruetur vbiq seipso. Nō enim se totuz in membro quolibet cōplectetur. Videbit autem in se aliqd aliud pter deū. Quoniā nō de pte est: t totuz. Beatior certe futurus est: si quicquid ipse videbit in se: sit ipse: nil usq sibi desit: sz sibimet totus occurrat vbiq. Demq ps illa: q ponebatur in deo quasi subiectum: quia ām se cogitatur i forma: seipsam formare nō pōt: ps insup altera: que vicez formē gerebat: qa nō pōt sit in se: multo minus ex se pōt existere: formabit. ergo deus ille cōpositus a forma quadaz superiore. Atq illa portius erit deus. Hēc aūt est pitia discursio: p qua pbamus sup angelum esse deū. Rursus: quēadmodū se hz lumē solis ad oculū corporis: sic veritatis lumē ad ānle oculū. Itaq sicut oculus corporis nō est lumē: sed virtus luminis capax. Ita mēs: q est oculus ānle: nō est veritas: licet capiat veritatem. Mens enim tua veritatē querit. Non tn querit seipsam veritas neq admittit veritas falsuz: per quod sēpe tuus alius fallit. Finge aio oculum tuum vsq adeo excrescere: vt totuz occupet tuū corpus: t sublata varia membrorum spēie: vniuersuz corpus vnus sit oculus. Et amplius hic oculus videbit quicqz in nō aliud certe videbit q lumen idem solis: qđ angustius dum erat: prospiciebat. Ueruz accipiet lumen idem vberius: t celestes corporū in ipso lumine conspiciet vndiq. Uno prospectu simul oēs: neq vertetur huc: aut illuc: vt videat: sed quiescēdo oēs pariter contuebitur. Aliud tamen adhuc lumen erit: aliud oculus. Si enim visus ad lumē comprehendendum est instituus: aliud visus est: aliud lumē. Et lumini nihil est opus visu: cum ipsi lumini nihil sit luminis capiendum. Finge iterum mentem tuam vsq adeo super animam inualescere: vt deletis reliquis anime partibus ad phantasiam: sensuz: generationemq pertinentibus: tota anima mēs vna sit: atq

sola. Nec mēs sola: puraq; relicta: angelus erit. Nec inq̄ mens ampla candē veritatem intuebitur: quā angusta mens viderat. Sed accipiet illā vberius: atq; in ea res oēs veras vnico intuitu cōspiciet: vt platonice loquar: neq; modo vnaq; aucupabitur: modo altā. Aliud tamē adhuc mens erit: aliud veritas. Quod sic aperit Zo: oaster μάνθανε δ' νοητὸν τὸ ὄντως ὑπάρχον, ideſt Scito intelligibile ipsum esse extra mentem. Quippe si ad veritatem percipiendam instituta mens est: aliud est mēs indigna veritatis: aliud veritas. Neq; ipsi veritati opus est mēte: p quā capiat veritatē. Atq; si ipsa mēs idem esset: atq; ipsa veritas: mens quelibet veridica esset: & omne verum particeps foret mētis. Nūc autē & mētes humane fallūtur: & multe res vere sunt quodāmō: que mente carēt. Veritas nō modo aliud est q̄z mēs: sed & superius aliqd. Eget qp pe mēs veritate. Veritas mēte nō idiget. Ac latius se fundit veritatis q̄z mētis imperiū. Ars. n. intellectualis in formis singulis inuenitur, In materia vero informi nequaq̄. Vere tamē materia dicitur: & olim naturaliū revera subiectū. At vero si veritas est supra mentē: & quod superius est: nō caret bonis inferioribus: non deest mentis perspicacia veritati. Neq; tamē duo quedam sunt in ipsa: perspicacia videlicet: atq; veritas. Sed simplicissima veritas seipsam minime latens: pinde ac si lumen: quāuis nō habeat oculuz q̄ se distinctū: tū nō lateat semetipsuz. Est enim deus perspicacissima veritas: & verissima perspicacia: siue perspectio. Lux seipsa videns. Visus seipso lucens: intellectualis perspicacie: luminisq; fons: cuius lumine: & cuius lumen dumtaxat mētis perspicacia perspicit. Et sicut lignum per participationē quādam calidum dicitur: ignis vero secundū formam calens: sol deniq; excellentiori modo secundum eminentem virtutem: caulamq; calorie; sic dia mētis partem: angelus mentis formam habet. Deus est efficacissima mētis origo. Atq; vt mox plotini loquar: deus ipsa intellectio est: non in aliquo intellectu tanq̄ potētia: nō veritatis velut obiecti: sed in seipsa: suiq; ipsius existēs. Quē admodum si visio neq; esset in visu aliquo: neq; luminis alieni visio esset: sed in seipsa maneret: suiq; ipsius visio foret. Vbicūq; enim intellectus quasi intelligendi potentia ponitur: & si intelligat semetipsuz: tū q̄ rōne intelligibilis est: per quodāmō seipso dr: q̄ rōne intellectualis cōsideratur. Intelligibile. n. tanq̄ prius: atq; prestantius intellectuale virtutē q̄si posteriorem: inferioremq; mouet: & format: & perficit. Idcirco q dā deū potius: siue intelligibilis; siue intellectionis q̄z intellectus noie nuncupant: q̄z q̄z hec & nomina deo haud ppria oino rōne: conueniunt. Sed de his alias. Accedit ad hec: q̄ vale opus est: vitalem motū prebere. Siquidem ipsa vita queda est. Mētis autez opus ordinare per formas. Ipsa enim species queda mentis: & sm̄ species operatur: quod in nostra mente cōspicimus. Vitalis ille motus per ola viuētia fundit. Rebus carentibus vita non cōpetit. Ordinatio vero per formas cōuenit rebus etiā nō viuentibus. Ne siquidē ordine: spretis q̄z nō carent. Tāto interuallo mēs animā superat: q̄z to latius fundit forma: ordo q̄z vita. Quoniā vero: vltra formaz ordinē: est prima illa informis rez materia: in qua latent quedā: vt ita loquar: formaz pululatiū: semina mētis munus: q̄ terminatur formis: hec informia nō complectitur. Ipsa tū materia bona est quodāmō: q; boni i. forme appetēs: q; ad bonum suscipiēdū exposita: q; bono necessaria mūdo. Semina quoq; sunt bona: q; sunt formaz bonaz incohationes. Tāto salte interuallo bonitas mētē supat: q̄z to longius boni q̄z speciei tendit largitio. Quo. n. res queq; potētior est: eo lōgius operatur. Accedunt ad hec humōi rōnes. Omia bonum appetunt, omnē vero nō

omnia:

omnia possunt: Ideoq; multa sunt: quę eam non appetũt: ne frustra appetant. Si omnia appetẽdo cõuertuntur ad bonuz: non ad mentẽ oia: ꝛ quo cõuersio rerum est: illinc est ꝛ pfectio: omnia a bono pcedunt: nõ a mente. Quare bonum potius q̃ mẽs est causa prima rerũ. Rursus: que mentem habent: nõdum tamen cessant: sed adhuc bonum querũt. Videtis enim proprium est nixus quidam ad intelligẽdum. Aut post hunc nixum deterius se mens habet: aut melius: aut eque. Non deterius: q; operatio ipsa pfectio quedam est. Et ad deterius nihil: nisi aut vi: aut iscitia labit: quoꝝ neutrum in ipsam cadit mentem: puram: ꝛ liberam: nõ eque. Frustra. n. nitit quod nihil pficit: ꝛ nihil ad id: quod habet. admittit. Ergo vt melius se habeat: conatur. Non igitur ipsum bonum est: nihil. n. bono melius. Sic mens intelligẽdo haurit bonitatẽ. Aliunde aũt haurit. Si enim in se haberet: non esset nixu opus: vt operando pficeret. Illud vnde haurit bonitatem ipsum bonũ est: qđ ꝛ sup ea extat: cum in eaz perfectionis sue liquorem infundat. Quinetiam sapientiã mentemq; solo petimus rõnis impulsu. Bonum vero etiam ante omne rationis incitamentum. Omniq; noster appetitus semper est ad bonuz: non omnis semper ad mentem: ꝛ intelligentiam ratione boni appetimus: non conuerso. Poluris ergo natura facit bonum q̃ mentem. Cuz ꝛ prius: ꝛ sepius: ꝛ potius trahat ad bonum. Unde nonnulli satis in philosophia habere se putant: si sapientiaz videãtur habere: ꝛ etiam si non habeant. Non tamen satis in vita: nisi reuera id possideãt: quod sibi precipue iudicãt esse bonum.

Si bonum naturali instinctu pretiosius mente cẽsetur: cẽsetur ꝛ eminẽtius. Hinc fit: vt id: quod intelligere est: nõ sufficiat nobis: nisi ꝛ bene: ꝛ bonuz intelligamus. Sepe eniz ad tempus cognitionẽ respuimus: si eam suspicamur nobis malam sore: atq; molestam. Bonum vero ipsuz respuere nunq; possumus. Sepe etiaz rerũ speculationi anteponimus voluptatem. Ipsi autem bono: qua ratione bonum est nihil vnq; possumus anteponere. Nihil magis necessarium est q̃ incitamentum boni: cum bonũ ipsum nullus possit nolle. Nihil magis voluntarium est q̃ boni incitamentum. Nam propter bonuz oia: imo bonum in oibus vbiq; volumus: tã libenter: tamq; iocunde: vt velimus insuper non posse nolle. Cum ergo in bono summa necessitas cum summa libertate concurrat: boniq; imperium summopere necessariũ sit subiectis: ꝛ summopere voluntarium: cõstat hinc oia tanq; a patre originem ducere: atq; huc omnia tanq; ad patriam aspirare.

¶ Marsilij ficini florentini Platonice theologie de imortalitate animorum ad Laurentinum medicem virum magnanimum Liber secundus.

¶ Unitas: veritas: bonitas idem sunt: ꝛ super ea nihil est. Cap. j.

Ribus iaz argumentis ostendimus: eẽ aliquid sup angelũ. Primo quidem esse mõstrauimus super ipsum: simplicissimam vnitatem: secundo veritatem: tertio bonitatem. Tria hec vnũ sunt. Nihil. n. aliud est summa vnitas q̃ summa simplicitas. Propter hãc vnitatis simplicitatẽ: res quelibet pura: veraq; est. Uerũ qppe vnũ est: qđ purũ est vnũ. Sic veritas rerum in simplici illa vnitate cõstitit. Atq; propter eandẽ simplicẽ: purãq; vnitatem res quelibet sunt bone. Quodlibet. n. tũc se hz bene: quãdo sibiipsi: atq; principio suo vnitũ est: purũq; manet: neq; rebus

peterioribus cõmiscet. Ac si in rebus circa idẽ cõsistit vnitas rerũ: veritasq; & bonitas: merito sup ipsas idẽ est primũ ipm vnum: verũq; & bonũ. Quod in quo sit rerum principiũ: illud argumẽto est: q; horũ vestigia in cunctis reperiunt: quasi ab his cuncta manauerint: & oia hec cupiũt: vtpote que suũ principiũ repetũt. Singula.n. vnitatis: veritatis: bonitatis: & participia sunt: & auida. Sup vnitatẽ nihil est aliud: q; nihil est vnitate potẽtius. Quã doquidẽ vnio pfectionẽ cunctis præstat: atq; potentiã. Cerũ sup eã: si vis: sit aliquid. Duo statim sequent absurda. Si.n. A vnitas sub aliquo est supiore pncipio: certe supioris illius sit prceps. Inferiora.n. a superioribus causis semp aliqd capiunt. Sic nõ erit hec vnitas ipsa: sed aliqd ex vnitate quadã: & vi supne accepta cõpositũ: eritq; multitudo quedam nõ vnitas. Ac ẽt qõd vnitati pponit: nullius erit prceps vnitatis. Nã supius principiũ ab inferiori: quo ad naturã suã: suscipit nihil. Igit erit aut nihil: aut multitudo oi penitus vnione priuata: cuius nulla ps vnus aliqd erit. Neq; tota multitudo erit vna neq; vlla inerit cõmunio ptibus: vel ad B seinuicẽ: vel ad totũ. Rursus sup veritatẽ est nihil. Nã simili ratione hec nõ esset veritas ipsa: sed verũ aliqd ex veritate quãdã: & supioris illius portiõe cõpositũ. Et illud: qõd sup eã locat: cũ neq; sit veritas: nec prceps veritatis: falsum est penitus: atq; nihil. Neq; eẽ põt veritate pstãtius nisi p veritatis vim verũ pculdubio sit: C illud esse prestãtius. Similiter sup bonitatẽ nõ est aliqd. Nã & hec nõ pura esset bonitas: sed bonũ aliqd: ac bonitas quedã cõmixtione alterius inquinata. Et illud: quod bonitati pponit: penitus erit malũ. Nõ enim bonũ erit: cũ sit vltra terminos bonitatis. Neq; melius bonitate: cũ nihil nisi p maiorẽ bonitatis portionẽ sit melius. Quomodo autem malũ excedat bonitatẽ: nõ video. Cũ excessus: atq; superiũ ad bonitatẽ prineat. Sũt.n. appetibilia tanq; bona. Ergo malũ p naturaq; bonitatis supabit bonitatem. Et bonitas malo vim præstabit ipery. Preterea si est aliud rerũ principiũ sup ipsaq; bonitatez: ipm certe aliqd ex se munus rebus imprimet. sicut oia eam solet. Porro bonitas ipsa munus suũ imprit oibus. i. vnicuiq; aliquã bonitatem. Querimus aũt de illo munere: qd a supiore descẽdit principio: vtruq; sit bonitate donata melius: necne. Melius qdẽ eẽ negt. Quicqd.n. melius dicit: maiori bonitatis portiõe: melius appellat. Tamẽ absurdũ est: supioris principij munus nõ esse melius inferioris cause munere. Accedit q; cũ oia bonũ appetãt: si sit aliud principiũ sup ipm bonũ: interrogamus: vtrum ipm appetãt: an nõ. Si appetere dicant: sequit: q; aliqd expetũt vltra: & plusq; bonũ. Si negent illud expetere: stultũ id qdẽ dictu: q; effectus eaq; primã: qua seruant: nõ appetãt. Quinet ipsa bonitas supius principiũ cupe cõpellet: licet absurdũ id sit. Nã oia nõ appetẽt ipsa claudit bonitate. Nihil igit super bonitatẽ extat: qõd amari queat. Nullum ergo est principiũ sup ipsam. Quãobrem ipsa vnitas: veritas: bonitas: quã inuenimus sup angelũ: ex mẽte Platonis oiuq; est principiũ: Deus vnus: verus: & bonus. Cnõ sũt dij plures iter se eqles. Ca. ij.

PRosecto dij plures non sunt: q; nequeũt plura esse principia. Verum sint: si placet: dij gemini: duo. s. totius mũdi principia: hoc: & illud. Querimus nũquid hoc sub illo sit: an sub hoc illõ? An equalia vtraq;? Si alteruq; sub altero sit: quod præerit plane erit principiũ: alteruq; minime. Si equalia sunt: interrogamus: vtrum oino inter se differãt. An oino cõueniant. An partim differãt: partim vero cõueniant. Primũ nõ concedes. Nã salte in eo cõueniũt: q; vtraq; sunt: agũtq; & rerum principia eque dicunt. Ac si nullo pacto congruerẽt: nulla esset in machina mundi concordia. Si secunduq; illud admittimus: q; omnino conueniãt: non

duo sunt iam: sed vt cupimus: vnū. Sinuetur tertium qđ partim cōgruant in natura: partim discrepent: tunc sane qz nequeūt per id dē cōsentire: z dissentire: vna quedā inest natura cōmunis vtrisqz: per quā conuenūt. Due preterea in duobus illis natu ppie vltra cōem naturam: per quas discrepāt. Ergo neutrum illorū erit simplex: sed vtrūqz ex cōi natura: z ppietate cōpositū. Neutrū erit primū: qz pēdet ex illo: q ptes inter se diuersas conciliauit in vnū. Neutrū per se sufficiēs: cū z totū egeat pribus: z alia pars egeat alia. Neutrum potentissimū: cum nō sit prōr sus vnitū. Atqui illa natura cōmunis: p quam vtrisqz equalē vtraqz habent hoc: vt sint eque pncipia: pncipiū erit potius qz illa duo Immo illud erit pncipiū: quod illis inter se diuersis naturam dedit cōem. Naz vna hec natura: que in alys iacet: z aliox angustys circūscribit: ab ipsa pfluit vnitate: que in seipsa confusiens nullo limite coarctat. Sic ergo natura illa cōmunis z vna vtrisqz prouenit aliunde: z ab altiori pncipio. Quin etiā nature ille due proprie: per quas differūt extrinsecus illis aduenīunt. Nā preter illas nihil reliquū est in vtrisqz: nisi natura cōmunis: z vna: a qua si absolute nascant nature ille ppie: que due addiciunt: non amplius erunt diuerse: vt metaphysici arbitrant: sed vna eadēqz erit vtriusqz proprietas: eadē vena scaturiēs. Scaturiet.n. p absolutū mere nature moduz: z refluet intro. Si itaqz due illis sunt absolute ppietates: necessario accedūt extrinsecus. Quapropter vtrunqz essentie sue ppietatē accipit aliūde. Et qz propriā sui naturā aliunde sortit vtrūqz: neutruz p se existit: sed sit a pncipio altiore. In quolibet rerū genere: illud: qđ est generis illius sūmum: vnum est dūtaxat. Si.n. sunt due summe luces: vtraqz in eo: qđ sūma lux est: cōuenit: atqz est vnū. Quod si etiam duo quedā sunt: per aliā naturā potius qz p lucez differūt. Ergo alia insup adest natura a luce diuersa: cuius contagione lux fiat opaca: neq; sit summa. Sic z sūmus calor est: qui si igori: aut alijs non misceat. Quia si misceat: vtiqz ipeditur: z vehemētior fieri pōt: si mō purget. Itaqz sumuz in quouis genere: z vnū est solūmodo: z vnius dūtaxat illius nature. Puta summa lux: z vna est: nō due luces: z sola lux est: non lux simul: z aliud qddam. Deus summū est rerum omnium. Unus ergo est deus: z simplex. Nempe vna summa vnitas. Una summa veritas: atqz bonitas: deus vnus. Unus inqz apud platonicos triplici ratione. Primo qz summa est vnitas. Nam si quodlibet summum est vnicum: qd magis vnicum est qua summa z nitas. Propria quelibet reruz innumerabiliū multitudo ad ppriā redigitur vnitatē. Multitudo inumerabiliū hominum ad vnā humanā spēm. Equorum ad vnā equam: silr alioz. Accipe deinde oēs ppias vnitates: q certo sunt numero terminate. i. rez spēs: easqz ad vnā cōez collige vnitatē. i. deū pncipē spērū. Ut sicut multitudines singulariū infinite ad finitas vnitates spērū: sic vnitates spērū finite ad vnicā sup spēs vnitatez referant. Par est: vt sicut ppius qsqz rerum ordo ad ppriū sui pncipiū vnū dirigit: sic vniuersus ordo rerū ad vnū referat vt pncipium. Et sicut singule materie ad materiā vnā: oia mēbra mūdi ad vnū corpus: sic oēs mūdi nature ad naturā vnaz: oēs mūdi vite ad vnā vitam: oēs motus ad vnū motū: oēs motores ad vnum mūdi motorē. Porro qñ plura qdā: z iter se ex naturā diuersa ordine quodam vno: mutuoqz ꝓspirāt: necessariū ē: vt ordo hmōi in illis sit pp ordinē: quē ad vnum aliqd habeāt: qlis est ordo ptū exercitus iuicē: q est pp ordinē totius exercitus ad ducez vnū. Nam qz aliqua: que diuersa inter se sunt: nanciscātur hoc: vt cōmunione mutua vnantur: non prouenit ex proprijs eorum naturis: per quas sunt diuersa. Nā ex ijs potius disiunguntur. Neqz etiam

dus exercet vbiq;. Igit q̄ vno gradu ab
ea calefiat materia hec: et duobus gradib⁹
illa: non ex agētis ordinatione procedit
sed ex ordine graduū: qui in preparatio
nibus materiaruz reperiunt. Itaq; ignis
toti operi nō dominatur. Non. n. autho
est ordinis graduū: qui sunt in opere. Ac
si calores duos generaret extra subiecta:
q; se toto ageret vtroslz: essent equales
vtriq;: immo et nunc in subiectis oino si
milibus: similes oino equalesq; generat.
Pōt vtriq; natura vel per diuersa media:
vel ex diuersis materijs diuersa facere.
Sublata vero mediorum: materiarumq;
diuersitate: vel vnicum vel simillimum
operat. Neq; pōt quando adest materia:
non operari. Deus autem solus materiā
primam corporum: et essentias mentium
animorum: unq; q̄z plurimas absq; medio
subiectoq; procreat. Que quidem inter
se longe diuerse sunt: multisq; perfectio
nis gradibus inter se discrete. Merito
deus: q; primum agens est: vsq; adeo vni
uerso ipsius operi dominat: vt ipsemet
formas et formarum ordinez: graduumq;
distinctionem efficere valeat. Nullum ve
ro agēs effectus et pauciores: et minus va
rios faceret q̄z deus: Imovnicum prorsus
ageret deus: si per solum mere nature mo
dum operaretur: cum diuina natura sit
omnium simplicissima. Non ergo natu
rali instinctu impellit ad agendum. Ter
tia ratio. Si intelligentia in nobis est effi
cax: et in angelis efficacior: oportet intelli
gentiam in deo efficacissimam esse. Idez
in deo est natura eius: atq; intelligentia.
Idez quoq; opationis naturalis modus
atq; operationis intellectualis vbiq; esse
solet. Siquidem tam natura q̄z intelligē
tia per formam agit: et simile aliquid ope
ratur in forma. Non ergo dicendus est
deus: per nudam naturam: aut per aduē
titiam intelligentiaz operari. Immo per
naturam intellectualem et intelligentiam
naturalem. Deo: q; cā prima: cōmunisq;:
et felicissima est operatio conuenit natura
lis: que ceteris prior est: comunior: et faci
lior. Rursus: quia causa preciosissima est:
conuenit operatio intellectualis: que pri
or est dignitate in nobis: quamuis non
tempore. Ideoq; est in rerum ordine pri
ma. Et tanq̄z preciosa prestantioribus dū
taxat congruit speciebus. Propria igitur
operatio dei: est operatio vtraq;. Est au
tem apud platonicos vnica diuina essen
tie: prout deus est: proprietas. Est igitur
vtraq; in deo eadem operatio. Quarta ra
tio. Natura nuda bonum hoc respicit:
aut illud. Natura intellectualis vniuersa
le bonum. Causa igitur: que per nudam
agit naturam: ita comparatur ad causam:
que per naturam agit intellectualez: sicut
particularis causa ad vniuersalem: et mi

nister ad architectum. Quindi itaq; architectus per naturam intellectualem: quantū intellectualis est: operatur. Quinta ratio. Illa pre ceteris operatio deo conuenit: per quam deus neq; ex suo statu: neq; ex sua simplicitate labitur. Talis inprimis est operatio mentis. Operatio naturalis ab agente quidem incipit: sed desinit in id: quod patitur: sicut calefactio abigne in lignum. Intellectualis aut vtrūq; terminum retinet in agente. Per hanc quum deus: duz se speculando versatur se- A cuz: vndiq; versat externa. Itaq; vt Pythagoricus inquit: rerum orbem mobilem rotat: dum se ipsum immo- B bilem. Oportet preterea deum esse penitus vniformem: quia super omnium formas exaltat. Immo t omniformem: quia formator est omnium. Quod vniformis simul: t omniformis esse queat: sola intellectualis natura facit: per hanc formam dei seipsam intuendo se concipit tanquaz X propriam formarum omnium rationem. Videt enim in se quodest cuiusq; proprii: discernit quo gradu diuinā formaz quelibet C imitari queat: quoue deficere. Intelligit ergo intelligit formā suā per modum vite: non autem cognitionis: vt ita loquar: imitabilem concipit formam: ideamq; plantarum. Dum vero imitabilem per modum cognitionis quidem: sed non intelligentie propriam animalis ideam. Itaq; ceteras eodem pacto profecto in omnibus: que non casu: sed vel natura: vel proposito fiunt: necesse est effectionis finem esse effecti operis formam. Causa vero agens M actionem ad formam non ob aliud quicquam dirigit q̄ per formam in ipsa manentem. Neq; ad certas dirigit formas aliter q̄ vel certas formas: vel per certas formarum rationes in seipsa conceptas. Cum igitur mirabilis ordo mundi casu ordinis ex parte constare non possit: necesse est in opificis ipsius intelligentia formam esse: ad cuius similitudinem sit effectus. Et quoniam dei proposito vniuersi ordo potissimus est: principalis penes illum idea est: idea ordinis vniuersi. Ratio D vero ordinis: atq; totius haberi non potest: nisi rationes proprie partium omnium: ex quibus totum constituitur: habeantur. Quemadmodum architectus edificij speciem non potest concipere: nisi propias partium cuius conceperit rationes: propriis igitur in deo sunt omnium rationes: neq; aliunde rerum species habent: vt distincte sint: q̄z vnde habent: vt sint. Neq; diuina simplicitas ob idearum multitudinem minus est simplex: cuz per formam vnam: vnoq; intuitu omnes contueatur. Neq; dicatur idea: diuina essentia: prout simpliciter est essentia: sed quatenus huius speciei: vel illi' est exemplar. Quo circa quatenus rationes ex vna essentia plures intelliguntur: eatenus plures dicuntur idee. Respectusq; huiusmodi: quibus multiplicantur idee: non a rebus ipsis efficiuntur: immo ab intellectu diuino suam ad res essentiam comparante: neq; sunt: vt ita dicam: reales respectus huiusmodi: quales illi: quibus persone distingui dicuntur: sed potius intellecti. Sub vna idea multa t cognoscuntur: t sunt. Non nulla etiam per ideam aliquā perspiciuntur: vt forte per ideā boni: atq; habitus malum: atq; priuatio. Et vt quidam putant: per ideam forme materia. Proprietates quoq; substantie per ideas substantie cognoscuntur. Qualitates vero communes proprijs designatur ideis. Quemadmodum architectus per domus ipsius formam omnia efficit accidentia: que domum a principio comitantur. Sed que domui iam facte contingūt pura picture: atq; similia: per alias disponuntur ideas. Sed iam diffusius quam proposuimus de ideis: hic quasi casu quodam occasionem nacti tractauimus. Hec autem est: t si canes quidaz aliter latrant certissima Platonis nostri: platonicorumq; sententia. Quod t supra tetigimus t alias latius declarabimus. F

Probauimus hactenus primaꝫ causam varios effectus suos per multiplicem sapientie ordinem operari potiusq̄ per nude: simpliciſqꝫ nature necessitatem. Probabimus deinceps: volẽte deo: non operari eum externos effectus per meram intelligentiam: nisi accedat voluntatis assensus: quod quidem disputationis huius erat propositum. Prima ratio. Causa prima omnia per se: vt in sequentibus ostendemus ad finem optimum: per vias rectissimas: modo congruentissimo dirigit. Hoc facere nequit: nisi per intellectum anticipet finem: discernat vias: metiatur proportionesꝫ que inter vias est: ac finem. Per voluntatem rursus finem approbet: ac viam talem pre ceteris eligat. Hinc Plato in timeo: phedone: philebo politico: illos philosophos detestat: qui naturalium rerum causas: vel ad formaꝫ vel ad ipsam: siue materie: siue nature necessitatem referunt. Ipse vero naturalia quidem existimat instrumenta quedam intelligentie: potiusq̄ agentia singulosqꝫ effectus precipue ad finalem: efficientem: formalem causam vbiqꝫ reducit. Quamobrem si quis querat: quam ob causaꝫ terra sit rotunda. Respondet: quia videlicet rotunditatis idea participat: ad cuius similitudinem sapientia mundi artifex idcirco terram disposuit: quoniam iudicauit: voluitqꝫ boni ipsius gratia fore melius ita se habere. Secunda ratio. Quod conuertitur quicquid est: id enti: quantuꝫ ens est: conuenit. Quod tale est in eo q̄ primum ens est: reperiatur oportet. At quicquid est: hoc habet: vt & absens bonum appetat: & in presenti bono libentissime conquiescat: profecto intellectus absens bonum appetit: presens amplectitur natura sensus expers per inclinationem quandam facit. Sensus per appetitum. Intellectus per voluntatem. Ego cum deus sit: vt peripatetico more loquar: ens primum: quis dubitet intellectum negabit presens bonum suum: quod est omne bonum: per voluntatem libenter amplecti? Sicut in sua veritate videt omnia vera: que ipsa illuminante fiunt vera: ita in sua bonitate vult bona omnia que & ipsius propagatione nascuntur: & ipsa perficiente fiunt bona. Mens autem quelibet volendo facit opera potiusq̄ videndo. Videndo enim replicat formas intus. Volendo: eas explicat extra: Videndo respicit verum: cui propria puritas est. Volendo attingit bonum: cui propria est diffusio. Tertia ratio. Sensus: intellectusq̄ ipsius cognitio: quia tanq̄ imaginarium quiddam in creaturis est: nullum substantialem effectum efficit: nisi per affectum: quod essentiale quiddam esse videtur: vnde quanto vehementius afficitur: tanto potentius operatur. Quod quidez indicat quodammodo struthij oculus auidissime intentus in ouum. Si intelligentia dei in creando efficacior est q̄ struthij intuitus in fouendo: immo si immense est efficacie: quod patet ex eo: quod neq̄ subiecto: neque instrumento: neq̄ tempore indiget in creando: coniecturari possumus: voluntatis affectum esse in diuina intelligentia potentissimum. Adde & iocundissimum: si modo intelligentia: que perfectissima est: queue integerrimo: & perfectissimo obiecto semper: & vndiqꝫ fruitur: suauissima esse debet. Quarta ratio. Vbi non est voluntas: que est inclinatio mentis ad bonum: ibi non est mentis voluptas: que est delectatio voluntatis in bonum: et quies voluntatis in bono. Si non est ibi voluptas: vbi est ipsum bonum: nusquam voluptas erit: que vbicunq̄ est: fit ratione boni. In ipso igitur bono voluptas est: & voluntas. Affectus huiusmodi si in creaturis est generationis initium: certe in creatore ipso est creationis origo. Quinta ratio. Si agentia omnia tam secundum naturam: q̄ secundum artem opera sua semper ad finez: id est ad bonũ ordinant: & bonitate sua id

faciunt:accipiunt aũt operãdi ordinez ab agente primo:atq illud est ipsum bonuz.
A Constat ipsum opera sua ad finem optimum ordinare. Si.n.bona particularia: q bona sunt:z q ordinantur a sũmo bono:ad bonum aliquod ordinant singula: quanto magis vniuersale bonum ordinabit ad bonũ cũcta:videlicet ad vniuersale bonũ.Deus igitur ad seipsum tanquaz finem ducit omnia.Nullus.n.actionis diuine finis est extra deum.Quoniam finis
B in eodem ordine locatur vna cũ eo:quod agit ad finem.Estq bonum quiddam:z causam mouet agentem.Nihil autem in eodem ordine cum deo locatur: nisi ipse deus.Deus alieno non seruit bono.Nunquam.n.particulari bono seruit oẽ bonũ. Deus insuper nõ mouetur ab aliquo.Si dei finis est ipsa sua bonitas:deus suo modo suaz apperit:z diligit bonitatem.Cuz vero z deus sit intellectualis:z bonitas eius intelligibilis:intellectuali dilectione diligit eam.Dilectio hmõi in voluntate versatur.Deus igitur vult seipsum.Vult inquam se tanquã finem sui ipsius:z omnium.Ex voluntate autem finis,pueniũt operatio circa illa:que dirigũtur ad finẽ.
C Quap:opter diuina voluntas:vt plato in timeo inquit:creaturaq omnium est initium.Idem apud mercurium trismegistum sepissime legitur. Mutant.n.principiũ vniuersi perfectissimum actionis modum habere debere.i.vt volũtate sua omnino sit effectionis dominus:qui oino est dominus effectorum:dominus inquaz libera voluntate disponens. Nam si necessitate:vel nature:vel intelligentie ageret; ageret simul omnia:atq infinita simul. Singula quoq cogeret:z momento raptaret.
D Voluntas dei necessaria simul z libera est:z agit libere. Cap.xij.

SAtis probatum arbitror: deum non necessitate nature:aut intelligentie. sed volũtatis imperio singula procreare. Quemadmodum vero voluntas eius necessaria simul:z libera sit:in presentia demonstrandũ esse censeo. Ratio prima. Leat quisq diligentissime:ne in taz temerariam impietatem fortuito incidat:vt aliquando suspicetur:deũ ita esse: operariq vt forte contigerit. Si nulli vnquam rei forte contingit esse:operariq:id qđ naturaliter est:operatur q:puta igni:non contingit forte:sed oportet:q calidus sit:z calefaciat.Summo autez enti naturale est: E vt sit:z summo actui naturale est: vt agat sequitur deum:qui summuz ens:z plusq ens:z summus actus existit: nullo modo secundum contingentiam esse: vel agere. Si vbi plus est rationis: ibi sortis est minus:in deo:qui summa ratio est:vel fons rationis:nihil potest cogitari fortuitum. Si fortuna non efficit rationem:cum eis F contraria sit: immo sit priuatio rationis: siue defectus:quo naz pacto producit:aut deum:aut diuinam aliquam actionẽ quaslibet ratione superiorem. Si deus est illa ipsa regula ita rez omniuz ordinatrix: vt ab eis:que proxime sequunt eam omnem contingentiam auferat:quomodo euz sorte quadã obtigit sic esse:vel operari? Quid obstem deus non: vt obtigit: ita existit.z agit:alioquin nullus vsq ordo reperiret vnquam:sed vt decuit.imo vt decet. Decet autem q decorum.Ipse vero decor est ipse deus a quo:z p quẽ oia decentia fiũt. Immo vero est:agitq:vt necesse est. Necesse est per ipsam necessitatem. Necessitas autem ipse est deus:per quez vt ceteraG necessaria sunt:quecunq sunt necessaria. Igitur ita est deus:vt est.Ita agit: vt agit Et quoniam necessitati nulla preest necessitas:ideo ibi est summa libertas. Li-H bertas est appetibilis tanquam bonum. In summa vero bonitate est qcquid vsq desiderari potest tanquam bonum. Liber est quicunq vivit:vt vult.Vivit: vt vult ceteris ipsa bonitas: cuius vitaz vult voluntas omnis:preter quam nihil aliqua vult voluntas. Est deus id:quod est ita vt aliud nõ potuerit eẽ:q est:vt ita

dicam: omne ens: omnisq; potestas: immo ne q; voluerit: quia est omne bonum.
D Posse autem: aut velle aliter se habere: imbecillitas esset: insipientiaq; in deterius immo in nihilum ruitura. Ratio secunda. Si incitamentuz boni in singulis maxime omnium necessarium est: & maxime omnium voluntarium: spontaneumq;: certe in ipso bono summa nature necessitas: vna cum summa voluntatis libertate concurrit: vt alias probauimus. Atq; ibi nature necessitas voluntatis confirmat libertatem: & libertas necessitatu consentit: vsqueadeo: vt necessario liber: voluntariusq; deus sit: & volutarie necessarius. Ratio tertia. Quam diuites aliqua boni ipsius quasi est expers: tamdiu sibi displicet: & aliud quoddam preter se experit. Quando vero sit boni particeps: iam sibi ipsi placet: seq; vult: & talis est iaz: qualis vult esse: & quo magis hoc assequitur: eo magis sibi placet: magisq; talis est: qualem se esse vult ipsa. Quapropter ipsum bonum in primis hoc habet: vt se velit summopere: sibiq; placeat. Et tale sit omnino: quale vult ipsum. Ratio quarta. Si quanto magis aliqua deo propinquat tanto minus seruilia sunt: magisq; sui iuris euadunt. Deus sui iuris est maxime: vt non modo: qualis ipse suapte natura est: talia velit: verum etiam qualiter vult: talis sit omnino: rursus qualia vult: talia quoq; faciat: & cuius gratia: nullus agens vsq; : vel sue actionis liberus principium erit: vel finem sue actioni preseribet: nisi principium: finisq; vniuersi: & sue actionis sit dominus: & finem sue statuerit actioni. Sed ad propositum redeamus. Ratio quinta. In quibus tria hec scilicet esse intelligere: velle: re ipsa inter se discrepant: in iis non est absoluta libertas. Quoniam in rebus huiusmodi modus volendi sequitur intelligendi normam: hec essendi conditionem: esse deniq; sequitur eum: qui debet esse. At in deo idem est re ipsa: esse intelligere: velle. Quamobrem ita est per voluntatem sua intelligentie: essentieq; sue compos: vt non modo sicut est: & sicut intelligit suapte natura: ita quoq; velit verum etiaz sicuti vult: ita intelligat: atq; existat.
E Ob hanc forsitan rationem Zoroastrio sectatores tradunt: deum quodámodo agere semetipsum. Quod in hunc ferme modum: quem dicam plotinus: expositum. Deus est actus: non alterius: non circa alterum: sed suimet: & circa seipsum. Est enim actus intra se manens. Quoniam vero actus est propter naturam infiniti boni: infinite secundus: ideo non caret acto: ad est genito: acto scilicet infinito. At quoniam & per actum intimum fit aliquid intimum: & solus deus est infinitus: quod inde actum: id est genitum est intra deum: est ipsemet deus.
L Deus est actus pernigil: atq; perpetuus: et se in se: circa se penitus. Ergo vt agit & vigilat: ita prorsus existit. Totus nixus diuini actus circa se vertitur. Atq; sibi innititur: quodammodo seipsum agit: id est gignit: quia si respexerit alio: se perdet. Quapropter esse diuinuz actus est ad seipsum: quando non esse diuinū: foret actus ad aliud. Deus vult seipsum. Velle autem: & agere: immo etiam esse: idem est omnino. Igitur se volendo: se agit. i. producit: immo se iam
M ponit: vel signat in esse. Ex iis confici vult plotinus: deum non ita esse: vt forte obtigit: vel vt coegit necessitas: sed vt vigilat: agit: atq; vult ipse. Sed hec deus ipse viderit. A nobis vero id tantum vbiq; affirmari optamus: quod deo sit dignum. Quale est quod ante proposuimus: in deo videlicet cum summa necessitate summam congredi libertatem. Ratio sexta. Sola diuina bonitas est absolutum diuine mentis obiectum. Nam quelibet vis equari obiecto potest: excedere minime. Nihil autez

extra deum est: quod deus excedere nequeat. Vult autem seipsum deus absoluta quadam voluntatis necessitate. Ultimum nanq; finem suum necessario volunt omnia. Diuina bonitas dei finis est vltimus cuius gratia vult quicquid vult. Aut ergo fatendum est: deum nihil velle: atq; esse quitus omnis expertez: quod est absurdum: aut affirmandum: siquid vult: necessario velle seipsum: presertim cum in deo esse: ac velle sit idem. Volendo se: vult reliqua omnia: que prout in deo sunt: sunt ipse deus: prout ex deo manant: sunt diuini vultus imagines.

A Atq; ad diuinam bonitatem referendam comprobandam: tanq; ad finez precipuū ordinantur. At vero ille diuine voluntatis actus: qui prout diuinam respicit bonitatē: absolute necessarius est: ille inquaz prout respicit creaturas: a quibusdam nō absolute necessarius appellatur. Naz quāuis voluntas finem ipsum necessario velit omnino: ea tamen: que diriguntur ad finem conditionali quadam necessitate vult: immo etiam nonnunq; nulla necessitate vult: siquid ex illis est: sine quo finis possideri qucat. Diuina autem bonitas non indiget creaturis. Ratio septima. Conducit ad hec: q deus volendo propriam bonitatem: non ob aliud vult alia bona: nisi tanquam ipsius imagines. Cum autem diuina bonitas immensa sit: innumerabiles ad eius exemplar effingi imagines possunt innumerabiles inquam preter eas insuper: que in his seculis effinguntur. Itaq; si ex eo: q propriam vult bonitatem: necessario esse vellet singula: que imitari eam possunt: certe vellet infinitas creaturas existere: infinitis modis diuinam bonitatez

B representantes. Si autem vellet: vtiq; essent. Sed in hac re meminisse oportet vt placet diuo Tome aquinati nostro: splendori theologie: quanquaz diuine voluntatis actus secundum conditionem positionemue quandam dici potest: nempe hanc: aut illam necessario velle: videlicet postquam semel eam voluit: cum sit diuina voluntas non aliter immutabilis q; essentia: ipsum tamen suapte natura non habere eum necessitatis absolute respectum ad effectus suos: quem ad seipsum habet. Ratio octaua. Si deus est perfecta entis causa: atq; ens prius est effectus dei: eo vsq; saltem dei actus amplificare se potest: quousq; entis potentia potest amplificari. Presertim cum passiuam potentiam ab actu superiore duci oporteat: at in huiusmodi potentia entis continetur quicquid rationi entis non aduersatur: quemadmodum in potentia corporalis nature sunt: quecunq; naturam non auferunt corporalem. Nihil autem effingi potest: quod entis rationi repugnet: nisi eius oppositum. Hoc est: quod dicitur non ens. Contradictio sola rationem non entis includit. Quecunq; igitur contradictionem nullam includunt: vt peripatetici putant: in entis potentia includuntur. Atq; ea omnia potest deus efficere: quod inde confirmatur: quod mens: exclusa contradictione: potest per omnem: immo per immensam entis latitudinē se porrigere. Non debet autem effectrix dei potestas minus ampla esse q; mentis potentia machinatrix. Adde: q si diuinus intellectus bona innumerabilia intuetur: voluntas autem eius ad omnia illa se potest conuertere: que intellectus offert tanquam bona: consequens est: vt voluntas dei finitis obiectis non adstringatur. Igitur & potestas eius ad infinita se porrigit. Quorsum hec? Vt intelligas: quicquid contradictionem non includit: diuine potentie subici. Atq; cum multa non sint in natura rerum: que tamen si essent: contradictionem nullam inferent: quod patet precipue circa numerum: magnitudinez.

ſi interualla ſtellarum: ſcias plurima ſub diuina potentia contineri: que tamen in rerum ordine nunquam reperiuntur. Et cum deus eorum que poteſt: quedam faciat: quedam non faciat cum nulla: vel nature: vel intelligentie: vel voluntatis neceſſitate: ſed libera voluntatis electione talia operari. Ratio nona. Non iniuria deus electione: vt ita dixerim: quadam operari dicendus eſt. Siquidem agentia omnia: que cunq; per aliud agunt: ducunturq; ad operandum: reducenda ſunt ad agens primum: quod ita per ſe agat: vt ſeipſum ad agendum ducat. Ergo vt in actiones ſuam penitus ſe conuertat. Ergo vt intelligat: velitq; operari: aut non operari: rurſuſq; ita: vel aliter operari. Que autem hoc modo proficiſcuntur a deo: nullus ignorat electione libera proficiſci. Nullus tamen ſapiens neſcit: electionem in deo ab eſſentia non differre.

QErum ne putet forte aliquis: diuinam voluntatem: ſi ad creata reſpexerit: ſingulis vim iferre: meminiſſe oportet voluntatem dei nulle vniuerſi bonum: q̄z apparens alicuius particule commodum. Nam in illo bono expreſſio: fulget ⁊ diuine bonitatis imago: bonū illud in ordine quodam videtur conſiſtere. Exactus ordo requirit: vt omnes rerum gradus in vniuerſo contineantur: ita vt quedam ſint cauſe ſtabiles: quedaz mobiles. Et ille: que mobiles ſunt: effectus producant: inſuper magis vagos: ⁊ quodam variabili modo. Nam effectus proximarum cauſarum moduz potiuſq; remotarum imitari videntur. Deus autem non modo res ipſas vult eſſe: verum etiaz eſſendi modos: qui ad eas: per conſequentiam requiruntur. Cum vero rebus quibuſdam ſecundum nature ſue modum conueniat: vt ſint quodammodo contingentes. Deus eligit aliquid: vt theologi quidam inquiunt: quodammodo ſecundum contingentiā euenire. Nihil tamen ita preuaricatur: vt vel ordinem vniuerſi perturbet: vel ordinatoris effugiat prouidentiam.

QDeus amat: ⁊ prouidet. Cap. xiij.

SI deus ſibi ipſe placet: ſi amat ſeipſum: profecto imagines ſuas: ⁊ ſua diligit opera. Diligit faber opera ſua: que ex materia fecit externa. Amat multo magis filium genitor: quem ex materia intrinſeca generauit: quamuis eam prius acceperit: dum comederet: aliunde. Amat deus ardentius ſua quelibet opera: cum non acceperit aliunde materiam: ſed ipſe idem materiam creauerit: qui ⁊ formauit: quo fit: vt ⁊ ſolue: ⁊ totius operis cauſa fuerit. Si deus vſq; adeo amat opera ſua bona: illis vult: qd vero vult cōſequitur. Igitur bene illa diſponit: ⁊ ſumma ſui bonitate diſponit q̄z optime. Sicut enim fecunditas: procliuitasq; ad agendum agentibus omnibus ab agentis primi fecunditate ingenita eſt: ſic diligentia in cuſtodiendis operibus inſerta eſt ſingulis a diligentia prima agentis primi: omnium tanquaz filiorum procuratoris. In quo quanto maior fecunditas eſt q̄z in ceteris: tanto ⁊ diligentior prouidentia. Rurſus deus ſui gratia facit cuncta: quia ſi ad aliuum finem: preter ſeipſum ageret: ab illo fine penderet actio dei. Ergo ⁊ ab eodem agendi voluntas. Ab eodem quoq; deus: cum idem ſit deus: deiq; voluntas. Si ad ſui finem facit omnia atq; ipſe ſummum eſt bonum: ad bonum: vt Plato vult in Timeo cuncta diſponit: ita vt ſingula pro natura ſua diuinam capiant bonitatem. Preterea cum omnia bonum appetant: bonique appetitio bona ſit: ⁊ ideo ab ipſo ſit primo bono: vnde ſunt bona omnia: ſequitur: vt a diuina bonitate illecta: diuinam

appetant bonitatem. Quamuis igitur ne
gauerit deum res gubernare? cum ad bo
num dirigat finem. Elementa: membraq;
mundi contraria: sua inter se natura fo
rme virtutisue pugnantia: quo pacto coi
rent in vnum? Ac manerent tam diu in
uicem copulata? mutarentq; sibi vicissiz
naturas: motusq;: & mutarẽtur: nisi ab eo
aliqua excellentiori virtute concinerentur? Porro si mundi gubernatio his mẽ
bris eius inter se contrarijs relinquatur:
hec ponderibus librata suis locisq; disiun
cte: inuicem non miscebuntur. Ac si mi
sceantur: nihil aliud agent: quam calida
frigida: ficca: humida: rara: vel densa: &
reliqua generis eiusdem. Ordinem vero
formarum: figurarum. reuolutionem nul
A lum constituent. Siquidem & in artibus
huiusmodi ordinem non materia facit: nõ
instrumenta: sed sola artificis cogitatio.
Et si celum quodammodo elementa re
git: non tamen ita regit: quin ipsum aliũ
de regat. Tanta n. in ipso diuersitas forma
rum: virtutum: motionum non ab ip
sis celi corporibus suapte natura diuersis
mobilibusq;: sed a virtute quadam supe
riore: per se vna prorsus: & stabili in ordi
nem vnum stabilemq; dirigitur. Deniq;
naturale agens: siue elementale: siue cele
ste: tum q; mobile: est ideoq; egenum: im
perfectumq;: semper aliunde dependet:
tum quia necessitate nature: seq; toto agit
quicquid agit: ideo mensuram: modumq;
agendi per certos gradus certo fini con
uenientem a rectore quoddam superno
sortitur. Calidum enim: seu secundum for
mam: siue secundum virtutem simplici
ter vbiq; & omnino dissoluit: frigidum
vero condensat. Quod igitur tã aliud vti
liter: conuenienterq; dissoluat: quaz hoc
simili ratione condenset: idq; continue: &
ordinatissime faciant: non a natura sim
plici: non a casu: sed ad causa superna su
scipiunt. Et quia spere continuo motu cõ
tinue a presenti habitu digredientes: in se
ipso non quiescunt: ideo & sunt: & mo
uentur ab alio: pensa quem sit finis: cu
ius gratia mouentur & agunt: siquidem
finis motionem ad finem intentionem qua
dam necessario antecedit: hinc aristote
les in libro diuinorum ait: sicut ordo par
tium exercitus inuicem: & ad totum pro
cedit ex ordine totius ad ducem vnum:
ita ordo mundanarum partium inuicem
& ad totum pendet ex ordine totius ad
deum. Unde concludit: sicut exercitus
ordo est in duce: ita mundi totius ordinẽ
esse in deo vno tantum principe mundi.
Deinde partes mũdi & corpuscula que
libet ad certum finem per viam ordina
tissimam: & commodissimos modos: aut
semper: aut plurimum ita proficiscuntur
vt peragant sepissime opera sua: quanto
melius effici possunt: perinde ac si artez
intus haberent: & artem quidem absolu
tissimam. Immo tam mirabili ratione p
grediuntur: vt humanam artem ratio
nemq; exuperent. Et cum ipsa corpora
sui motus ignara sint: ac propterea finem
ad quem non casu: sed necessario tendũt
sibiipsa prescribere nesciant: habeant ta
men prescriptum: alioquin non ad hunc
magis finem: quam ad alium pergerent:
constat eis ab alio quoddam finem pre
scribi: quem appetant: a cuius sapientia
ita ducantur ad finem: sicuti sagitte ad si
gnum a prudentia sagitary dirigũtur.
Ubi nam hec sapientia est? Si in summo
deo: prouidet rebus deus: cum conciliet
inuicem repugnantia: ne se vicissim in
terimant atq; : ad fines optimos cuncta
perducat. Sin in alia quauis infra deum
angelica mente: vel anima: scito deuz om
nia: que infra se sunt mouere. Quare si an
gelica mens aut anima quedam regit mũ
dum ducitq; ad bonũ: certe & ducta adeo
& dei virtute id agit. Quapropter deus
primus: ac summus est rector: qui proui
dere: põt oibus: si potest per intellectũ oia
facere cum per tantum sit per intelligen

tiam facere quam considerare: ⁊ conserua re ⁊ facta. Scit etiam regere cuncta: ⁊ facere non nescivit. Vult denique gubernare ⁊ custodire: que sua sunt: que fecit ipse: q bus non invidet bene essendi dona: post/
C quam non invidit munus essendi. Gu/bernat autem quelibet facilitate mirabili. Neq; n. alienas tractat materias: quas acceperit aliunde: sed suas: quas facit ipse. Neq; attingit extrinsecus: sed intrinsecus agitat. Inest namq; rerum omnium penetralibus. Neq; laborat circa plurima: sed per ipsum esse suum: qui vniuersalis omnium cardo est sequentes versat cardines ideſt essentiam vitam: mentem: animam naturam: materiam. Atq; vt platonicus
D aliquis diceret: per cardinem quoq; cuiusq; ordinis proprium ipsum proprium versat ordinem ideſt per vnam essentiam essentias omnes: per vitam vnam vitas: per mentes: per vnam similiter animam singulas animas per naturam naturas: p materiam vero materias. Neq; eius decreto aliquid reluctatur: quia immenso interuallo superat omnia. Diuine de diuina
E natura ita cecinit orpheus: αεναο στροβαξισσι θοον ῥομα δ μενουσα. ideſt perpetuo cardine velocem impetum voluntas. Compertum est esse in animali nervum quendam circa nucam: quem qui trahunt: cuncta simul animalis membra ita mouent: vt singula propriis motibus moueantur. Simili quoddam tractu
F scribit Aristoteles in libro de mūdo: a deo mundi membra moueri: Vbi prouidentiam affert apertissime. Quam in decimo quoq; moralium significat: ⁊ in phisicis: vbi probat naturā certum vbiq; optimūq; finem respicere: operaq; ipsius opera esse
G intelligentie non errantis. Vidimus florentie germani opificis tabernaculum: in quo diuersorum animalium statue ad pilam vnam connexe: atq; libratæ: pile ipsius motu simul diuersis motibus agebantur: alie ad dextram current: alie ad sinistram: sursum atq; deorsum: alie sedentes assurgebant: alie stantes inclinabant: he illas coronabant. Ille alias vulnerabant. Turbarum quoq; ⁊ communum sonitus: ⁊ aulium cantus audiebantur. Aliaq; illic simul fiebant: ⁊ similia succedebāt q plurima: vno tantum vnius pile momento. Sic deus per ipsum esse suum: quod idem re ipsa est: ac intelligere: atq; velle: quod ve est simplicissimum quoddam omnium centrum: a quo: vt alias diximus: reliqua tanquam lince deducuntur: facilimo nutu vibrat: quicquid inde dependet. Tacerat igitur Lucretius epicureus: H
qui casu fieri: ac ferri vult mundum. Et constantem formosissimi ordinis habitum ex instabili: deformiq; privatione ordinis proficisci existimat: per ide ac liquis ex insipientia sapientiam: ⁊ ex tenebris nasci lucem arbitraretur. An tu lucreti quotiens casu absq; consilio: ⁊ proposito fine moueris: totiens vno quoddam recto tramite ad certum: eundemq; terminum proficiscens? nequaquam. Sed hac ⁊ illac oberras. An quando absq; arte: ⁊ prescripto fine tractas lapides: tunc ordinatissimis: ⁊ contextis inuicem parietibus edificium construis: ⁊ aspectu pulcherrimum: ⁊ vsui commodissimum? nequaquam. Sed deformem inutilemq; congeriem. Considera plantas: ⁊ animalia quorum singula membra ita disposita sunt: vt alterum alterius gratia sit locatum. Alterum seruiat alteri. Certe vno sublato: tota ferme compago dissoluitur. Cuncta denique membra totius cōpositi gratia sunt vigesta. Et cō positum ipsum. s. planta: ⁊ animal conuenientibus instrumentis instructū ad opera nature proprie necessaria: omnibus alimenta: loca: tēporaq; puisa: terra: ⁊ aqua bis elemēta parant. Celū temperat aquā: ac terram. Tandem partes mundi cuncte ad vnum quendam totius mundi decorē ita concurrunt: vt nihil subtrahi possit nihil addi. An si tu omni consilio fuisse I

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

arboribus: ⁊ animalibus prouisurus: aliter prouidisses? non aliter: sed neq; taz bene consilium igitur consilio tuo melius hec disponit. Alioquin videres quottidie quamplurimis tã membra quedam sua: quam instrumenta vbiq; deesse. Item ex equi semine nasci canes: ficus ex malis: ⁊ membra hominis annexa leonibus: hominibus: asinorum: cadere stellas: ascendere lapides. Nunc vero: quia singule mundi partes certis seminibus orte: distinctis figuris predite: recta via: congruis temporibus: ⁊ ordinibus: pulcherrime: ⁊ cõmodissime certos petunt terminos: atq; reperunt consequens est vt eodẽ modo moueantur: quo ⁊ illa: que arte: ⁊ cõsilio mouentur humano. Si modo eodez ergo eadem pene arte: eodemq; consilio: ⁊ tanto prestantiore: quanto pulchrius ⁊ stabilius ordinantur. Consiliũ inquam non ambiguo: ⁊ mobili: sed certo penitus: atq; subito ⁊ iuuitu potiusquam discursu. Si enĩ in opere non est mora: vel transgressio vsquam: vel retractatio: non est ambiguitas in opifice. Intuitum huiusmodi per translationem quandam consilium appellamus: non q; ibi alia inuestigẽtur ex aliis sed quod alia aliorum gratia fiant: Solẽt inertes homines de artificijs consultare. At vero qui artem perfecte calet: nihil cõsultat amplius. Sed ita habitu facit sicut natura formis. Quod si est ars alicubi perfectissima: ibi certe est: vnde mirabile hoc opus mundi disponitur. Artez huiusmodi in natura fortasse locabis sensus omnis expte. Ego vero sensu carere te dicaz: si tã fueris alienus a sensu: vt non sentias: si beticle queq; terrene sentiũt: oportere multomagis totum mundum: ⁊ artificez omnium naturam sensum habere: sensum inquam rationalem: si rationabilius sua opera ordinat quam hominis ratio. Admirationem minuit diuturna consuetudo. At si parentes tui te: clausa vndiq; domo: sic ab infantia educauissent: vt mirabilẽ hũc mundi decorem ante annum etatis trigesimum non vidisses: proculdubio nouuz deinde harum rerum spectaculum esses vsq; adeo admiratus: vt quãuis ante ambiguus: postea tamen nunquam ambigere potuisses: quin cuncta vnius sapientissimi artificis prouidentia fiant: atq; regãtur. Fateamur igitur necessariuz est lucreti: g; cum partes: effectusq; mundi constãti ordine procedant: non potest totus ipse mundus preter constantiã: ordinemq; vel nunc procedere: vel ab initio prodijsse. Fateamur deniq; g; neq; sua sponte mouetur mundus sine vita: neq; tam diu: tã equaliter voluitur sine potentissima vita: neq; tanto ordine sine sapientissima mente: neq; tam oprime: ⁊ cõmodissime absq; summo bono. Sed vita quedam vna regina vnius mundani corporis potentia: sapientia: bonitate precellens mũdum prouidentissime: ⁊ ab initio: ⁊ continue pducit ad optimuz. Nec vel summus est deus vel dei summi pedissequa. Si summus est deus: deus prouidet certe: Si dei pedissequa: deus etiam prouidet Quoniam primum principium sui ipsius gratia agit: mouetq; cuncta. Diuine de ioue dixit orpheus: παντοσ γενεθλαρχα παντων παντωντε τελατα. idest omnium genitor: principiumq; ⁊ finis. Ideo si vita mundi prouidet profecto ducta a deo ad dei prouidet finem. Igitur ad dei bonitatem omnia deniq; diriguntur. Atqui hec bonitas cum totius operis sui habeat curam: certe partes negligit nullas. Ex singulis enim constat optimus totius compositi status: ⁊ habitus. Totum hoc Orpheus sic expressit. παντεσορασ και παντεπακουεισ και παντα βραβευεισ. i. oia intus inspicis: omnia audis: omniaq; distribuis. Quoniaz vero tota mundi compago gratia diuine bonitatis referende est instituta: ⁊ partes mundi gratia ipsius compagis apposite sunt: non est in toto hoc opere summa prorsus

perfectio requirenda: sed quanta sufficit ad sublimiorem auctoris perfectionez p viribus indicandam. Neq; exigenda est: in quauis mundi parte quelibet partis illius perfectio: sed que ceteris partibus cõcinit: totiq; conducat. Sic licet nonnunquam aliqua particule alicuius mundane conditio videatur per se esse culpanda: si tamen ad totius statum comparetur inuenietur non aliter munduz posse bene disponi quam ita. Sane uniuersi conditor non totum ipsuz ad partes ullas: sed partes potius ad totum refert. Merito igit que alicubi circa partes vel mala videnf: vel deformia: deniq; in totius ornamentũ bonum q; euadunt. Quapropter apud orpheum deus vocatur. αἰδοῖον ζοὶ ἰδὲ ἀθανατὶτε πρόνοι. id est sempiterna vita: immortalisq; prouidentia. Hanc prouidentiam mercurius esse dicit generis humani tutricem. Et Plato in quarto legum libro inquit: deum continere principia: media: finesq; oium: ambire cuncta: ac recte disponere singula. Miti bus: religiosisq; viris esse propitiuz: superbos: impiosq; punire. Neq; tolli putat p diuinam prouidentiaz nostri arbitrij libertatem: imo seruari. Quod apperit in. x. libro de re. p. In libro etiã de regno: & in critia. Quia deus nõ tam sciendo facit quaz volendo. Alioquin simul cũcta fecisset: & faceret: faceret quoq; mala. Item sicut i prescientia dei futuri scripti sunt rerum euentus: ita & euentuũ cause: modiq; agendi. Et sicut opa nostra nota sunt deo: ita & nostra volũtas: q; nostroz est operũ cã & modus liber agendi. Sicut. n. prouidet te id facturũ: ita prouidet te ita. i. volũtarie libere q; factuz. Quare diuina prouisio si ꝓditiõis alicuius positione reddit necessaria nostra opera: reddit necessariũ i. cõfirmat similiter agendi modũ: hoc est nostri iudicij libertatem. Quoniã deus naturarũ omniũ temperator cuiq; rei conseruat: nõ subtrahit naturam: quam dederat. Sic dũ regit cuncta singula pro singulorũq; regit natura: ascendentibus elementis ad ascensum cõducit: descendentibus ad descensum. Si regit animalium motuz: q; ille natura sua progressiuus est: confert ad gradiendum. Si celos ducit: q; ob rotunditatẽ natura volubiles sunt: confert ad circuitus ambitum. Si animos pulsat: q; illi sursuz: deorsum q; libere volubiles sunt: pulsat & libere: ita vt alliciat: non trahat: nõ cogat: sed persuadeat. Quod Zoroaster ita testatur: πατὴρ δὲ φόβον ἐνέβαλε καὶ πειθὼ ἔσχεν. id est pater n incutit metuz: sed persuasionem inducit. Quotiez vero motor primus prevalere debet: & dominari: iõ sic animos: vt plato vult: quasi cogit ad bonum: vt bonum ipsum nolle non possint. Bonum enim necessario volunt oia cuius ratione volunt quicquid volunt sicut necessario malum ipsuz nolunt: cuius ratione nolunt quicquid nolunt. Nam si adequatum appetitus obiectum est ipsuz bonũ: certe bonitas est ratio ipsa appetitui appetendi quicq; d appetat: ita vt i omni re: quam appetit: non aliter bonum appetat quam visus in omni colore videat lumen. Ac si appetat vlterius nihil appetere: hãc quoq; appetendi vacationez eligit tanquam bonam. Animus igitur necessario fertur ad bonuz. Et quia deus debet naturam animo propriam reseruare. Ideo iudicium ipsi relinquit liberuz: per quod de agendis suo more consulter: atq; e multis sibi propositis aliud alio melius iudicet: & quod aptius ad bonum consequendum censuerit: eligat.

¶ Explicit liber secundus.

Marsily ficini florentini Platonice theologie de imortalitate animorum ad Laurentium medicem virum magnanimum Liber tertius.

Descensus per quinq gradus fit: per quos est factus ascensus: qui gradus inuicem congrue cõparantur. Cap. j.

Scẽdimus hactenus a corpore in q̃litatem. Ab hac in aiam: Ab aia in angelum. Ab eo in deũ: vnum: verũ: t bonum auctorez oium: atq rectorẽ. Corpus appellant pythagorici multa. Qualitatẽ multa: t vnum. Anima vnum: t multa. Angelum vnum: multa. Deum deniq vnum: q corpus ad qualibet speciem indeterminatum est: t suapte natura sine fine diuiduum: cuius materiam in infinitum fluxuram inquiunt: nisi forma fixat: t vniat. Qualitas ad materiaz specie terminandã cõfert: t est per se quodãmodo indiuidua: sed per amixtionem corporis fit diuisibilis. Aia materiam specie terminat: neq per se: neq per inquinationem corporis est diuisibilis: sed mobilis multitudo. Angelus receptaculum spẽruz est: t multitudo imobilis. Deus super spẽs imobilis vnitas: deum aiunt per se oino indissolubilẽ esse: q ipsa vnitas: statusq sit. Corpora vero ex elementis cõposita: pro: sua dissolubilia: quoniã in eis: t multitudo vnitatem: t motus superat statũ. Sed angelos: alas speras: t stellas dissolubiles quidem videri quodãmodo: quatenuz partes habent: esse tamẽ indissolubiles: propterea q in ipsis vnitas: statusq multitudinem motũ t exuperant. Hic autem est nodus ille diuinus: quo deus: vt Timeus putat: hec p se solubilia: semper indissoluta conseruat. Taz potens est vnitatis ipsius: statusq munus: vt in infimo soluz vniuersi gradu excedi ab oppositis videat. Sed tamẽ interim ibi quoq quodãmodo vincat: siquidem materiam ipsam infinite multitudini: mutationiq subiectam semp custodit in vnitate substantie: atq ordinis permanentem. Est vtiq deus vnitas: vt probauimus. Est t imobilis: q neq ab alio mouetur: cuz nihil sit illo validius: neq a seipso: q ad melius se transferre nequit: cuz sit ipsum bonum. Ad deterius autem nihil sua sponte se mouet. Ac si deus fluere de alio dicatur in aliud: queremus nunquid nouum aliquid assequat. An nihil. Si nihil assequitur nouum: nec t mutatus est quidez. Si noui aliquid: ante nõ omnia possidebat. Quod non possidet omnia: non est deus. Deus ex eo quod est vbiq: nõ mutat locum: ex eo q est omnium finis: circa aliud non mouetur ex eo quod est simplicissimus etiam in se est imobilis. Nam si moueatur in se: aut partem ipsius alteram: ad alteram admouebit: aut saltem noua quedam in seipso cuz veteribus cõgregabit. Erit.n. per substantiam: quod erat ante: ac nouã insup induet formam: neq esse poterit simplicissimus. Deniq deus ipsa vnitas est. Unitas status ipsius est fundamentũ. Quia sicut in multitudinẽ motus pgredit: sic vnitati status innitit. Illud.n. in quauis natura stare dicit: qõ vnũ in ea cõtinue habitũ ita possidet: vt ab eius nature vnitate nõ discedat. Fũdamentũ vero status ois quis dixerit esse mutabile: possumus aũt rẽnes hmõi per argumẽtationẽ illaz numeri pythagorici cõfirmare. Quicqd ingt fm pteritũ: futurũq mutat: situationẽ quãdaz hz admixtã futurũ cuz nõdũ est: pteritũ non amplius est. In deo autem cuz ipse sit primum ens: actusq summus: nulla est privatio: est igit imutabilis: Angelus quoq immobilis est: quoniam a deo totus bonitatis

nitatis fonte: bonum per seipsum hauriet obsq; medio: & vno eternitatis puncto impletur in de: ac permanet semper bonitate plenissimus. Quoniam vero omnis effectus extra causam suaz productus aliquid cause seruat: & inferior etiam euadit quam causa: ideo angelus proxime deo creatus aliquid dei seruat: amittit & aliquid. Deus quidem vnitatez habet: & statum. Retinere vtrunq; non potest angelus. Esset enim deus ipse: non angelus. Neq; etiam amnutit vtrunq; : ne proximum: a primum dei opus euadat opificii dissimillimum. Quid ergo? vnitatem ne solam retinebit: an statum? solam vnitatem nequit sine statu. Unitas enim ipsa est prorsus immobilis. Itaq; retinebit statum: sed a simplici decidet vnitate: vt angelus sit immobilis multimodo. Neq; iniuria multitudinem angelo assignamus. Quia si sit perfecta: & absolutissima vnitas: erit summa: & interminata potestas. Siquidem virtus in vnitate consistit. Interminata potestas vnus ipse est deus. Porro si corporis proprium est suscipere: atq; pati. Nature autem incorporalis proprium dare: & agere. In natura corporali dicitur esse potentia: potentia scilicet vt aiunt theologi: susceptiua: atq; passiua. In natura incorporali actus idest efficacia ad agendum. Ideo qualitas: q per se quodammodo incorporalis est tali quam agendi vim habet. Unde & actus cognominatur. Quia vero in materia suscipitur & diuiditur: fitq; inde quodammodo corporalis: hinc non merus est actus sed passione corporis inquinatus. Constat igitur qualitas ex actu: atq; potentia. Anima licet sit a materia separabilis: atq; ob id actus dicatur: & a passione corporis aliena: tamen nondum merus est actus. Est enim mobilis. Si moueatur aliquid: per motum nanciscitur: quo ante carueras: vt carebat potentiam illam habet: quam susceptiuam: & quodammodo passiuam potentiam nuncupamus. Ut agit mouendo non nihil: est actus: & ob acquirit aliquid: etiam actus efficitur. Est ergo anima ex potentia & actu composita. Sed nunquid angelus actus est merus? minime. Deus plane: qui stat penitus a materia: i qua passiua potentia est sine vlla agendi: virtute: Ideo merus esse intelligitur vigor agendi seorsum a suscipiendi: patiendiq; natura. Si deus est purus actus: nequit angelus esse talis. Quia quod vnum in se est: nunq; fit plura: nisi per aliene nature additamentum. Unica est ipsius pur⁹ actus natura: & definitio: in deo quidem est: vt patet. Quod si etiam in angelo dicatur esse: interrogabimus: nunquid in angelo sit aliquid aliud preter actum nec ne? Si nihil vnus solummodo restat actus purus. Si quidem nihil differt actus: qui tribuitur angelo: ab actu dei. Cum nihil insit vtriq; preter actum: & actus ipse sua ratione sit vnus. Sin additum est aliqd angelo preter actum: non amplius est angelus purus actus: sed infectus permixtione: & actus non absolutus: sed talis potius: aut talis. Sicut nō est pura lux: que viridis est: vel rubens sed est & lux simul: & qualitas elementorum aliqua p quam rubens sit vel viridis: Quapropter angelus quoq; ex actu componit: & potentia: atq; hoc est quod in phylebo: vult Plato: vbi ait: deum esse rerū oium terminum infiniti expertem. Res autez: alias: preter ipsum omnes ex termino & infinito componit. Terminum vocat actum: infinitum vero potentiam que secundum se indeterminata terminatur: & formatur ab actu. Sed vt ad rem veniamus: potentia quidem angeli in essentia sua est: que priuo quodammodo sit a deo quam ab ipso formetur. In primo nanq; creationis siue momento angelus est solū modo: in alio auctore illustratur: vt sit intelligens: atq; formatur. Ideirco essentia illa principio informis est quodammodo: & tanquam passiuum subiectū quod

dus exponitur ad actum intelligendi: et formarum: idearum quo: natum suscipiendi a quo Zoroaster sit: παντα γαρ εξετι δεοι πατηρ καινα τελεσας δευτερα. I. ola perfecit pater: et meri prebuit secunde. Est igitur angelus multitudo cuius constet ex pluribus. Multitudo inquam immobilis. In illo certe deo inferior est: q non est vera vnitas: sicut deus. In hoc p pinquat: q est ferme: vt ita loquar: sicut deus immobilis. Recte post deum immobilem vnitatem ponitur angelus immobilis multitudo. Post angelum anima: q longius etiam distat a deo: quia est mobilis multitudo. Multitudo quidem est: cum nihil post deum esse queat vnitas simplicissima. Est quodammodo mobilis: q longius recedens a deo propinqua fit corporum qualitatibus: que penitus agitantur. Si omnino immobilis esset: esset vtiq angelus. Si omnino mobilis: esset qualitas. Medium tamen aliquod inter angelum esse oportet: et corporum qualitates: ne omnino immobilis angelus omnino mobili qualitati fit proximus. Sic itaq partim immobilis: partim etiam mobilis. Stabit eius substantia: neque in maius: minusue: aut hoc: aut illud mutabitur. Fluet autem operatio: et modo hec: modo alia: atq aliter et aliter operabitur. Qualitas autem anima inferior est: quandoquidem per essentiam: operationem q mutatur. Qualitate inferius corpus. Qualitas enim mouetur: et mouet: mouet enim corpora. Corpus mouetur quidem mouet nihil. Angelus quidez: quod fit vnum quiddam: et quod fit actus: non a seipso habet: sed a deo vere vno: actuq purissimo. Sed quod fit multiplex: p potentiam suscipiendi: et patiendi: habet ex seipso: quantum extra deum producetur: a productore per lectione degenerat. Multitudo igitur naturalis est angelo. Anima quoq; quod vna quedam substantia sit: et q fit actus stabilis per essentiam: non a seipsa: sed a deo solum actus vno: et stabilissimo. Quod vero multiplex sit: et passiua: ex seipsa possidet: qa sub deo locatur. Quod denuq mobilis: ex seipsa rursus: quia sub angelo. Sicut igitur vnitas naturalis e deo: et angelo multitudo: ita motus naturalis est anime. Lux dei producit angelum: sub dei: scilicet vmbra: lux dei animam sub vmbra producit angelu. Angelus a dei vno actu vnitatem stabilem adipiscitur: sub dei vmbra cadit in multitudinem: anima a dei luce statum nanciscitur: sub vmbra dei multitudinem: sub angeli vmbra mutationem. Fons vnitatis deus. Fons multitudinis angelus. Fons motionis est anima. Deus per seipsum vnitas. Angelus per deum est vnus per se multiplex. Anima per deum vna. Per dei vmbra. i. qa sub deo est simul cum angelo: multiplex p seipsum mobilis. Qualitas per superiora habet: vt moueat aliquid. Per se habet: vt materie misceatur. Corpus per qualitatem: vt agat. Per se solum: vt patiatur. Qualitas vno gradu ex cedit corpus: q mouet ipsum. Uno saltem cedit anime: q mouet omnia. Anima saltem vno excedit qualitatem: q ex seipsa mouetur. Uno cedit angelo: quod mutatur: Angelus anima vno q manet. Deo cedit vno: q multiplex. Deus tamen per hoc vnum abit super omnia in infinitum. Quod ita cecinit Zoroaster: πατηρ εαυτον κεκαθαρται δουδε ενει δοναμει νοερα κλεσθεισα τον τοκον τονδε: idest pater per seipsum rapuit: neq in mente quidem: que illum sequitur: proprium incluſit ignem. Quasi dicat nullam habet cum ceteris comparationem. Corpus ab alio mouetur solum. nihil enim natura sua facit. Qualitas mouet aliud: et mouetur ab alio. Anima mouet quidem aliud: sed a seipsa mouetur. Angelus mouet alia: idest agit in alia: ipsa quidem stabilis: sed non stabilis per seipsum. Manet per diuinam stat vnitatem. Quid enim aliud stare est: vt diximus: quam in natura sue vnitate perseuerare? Mouet quoq per pe-

B certe similes. Forma. n. corporibus infita excellentiam qdem amisit suam: z corporalis prorsus euasit: siquidem oēs cōditiones corporis iam subiuit. Cōditiones corporis due sunt: sm locum extensio: z secūdum tempus mutatio. Forma vero imersa corporibus cum latitudine corporis dilatat z mutatur corpore pmutato. Quoniā igitur facta est penitus corporalis pristina excellentia destituta: per se qdem minime est: vt diximus alias: z esse nullum habet proprium. Sed ut a cū materia copulat: vt vnum sit eē totius. Si ergo p se nō est: p se certe non agit. Ideo si referat ad primā causam: per aliud aliqd refert: per illud videlicet: per quod est. Est autē per formam alia sublimiorē a materia liberam: a qua ēt pendet in materiā cōmunc: quēadmodū a vultu hominis imago in speculum. Per quam ad primaz cam assidue quoqz referī. Si omnino p aliud est forma corporea: cum etiam ad primū principiuz per aliud referat: quid nā est illud: per quod taz corpus naturale q̄z eius forma refertur ad primuz. Sane est essentia illa tertia: quam supra corporum qualitates iam pridez locauimus. Essentia vero huiusmodi eodem modo ad deum refert corporuz qualitates: quo eas efficit in materia. Efficit autem operatione sua. Operatio sua est mobilis. Per agitationē igitur generat. Per agitationem z refert. Itaqz refert mirabiliter. Hinc sequtur: vt naturalia corpora: eorūqz forme: qz p aliud perqz motum referunt in deum: neqz per se sunt: neqz stabilia: sed vacillent prorsus: z pereant. Essentia vero tertia: qz suiipsi est forma: imo ipsamet forma est: z forma a materia libera. Idcirco p se refertur in deū. Ut refert ita est. Ergo est ēt p seipsaz Refertur aūt p essentiam suam: illa stabilis est. Quapropter ad stabilem deum per C stabilem sui ipsius essentiā relata stabilis pmanet. Nempe essentia hec relationis sue cā est: Ratio pfectionis. Seipsam vero nunqz deserit: nunqz ergo desinit seipsam referre: nunqz seipsam pficere referēdo. Deus quidem semper exuberat: illa semp haurit. Igitur tuni ex parte hausti: tum haurientis semper quidem esse ipm bibit: ac permanet imortalis.

¶ Undecima rō: qz non cōponit ex aliq potētia: in quā possit resolui. Cap. xj.

D Sicut generatio fit p cōiunctionem forme cū materia: ita p separationez forme a materia fit corruptio. Ubi nō est hariū rerū cōiūctio nō accidit separatio. Talis aūt cōpositio nō est in alia. Sed rōnem hāc latius psequamur. In corruptione E cuiusqz rei pdit ipse rei actus. Sed post illū supest aliqd: qđ suberat illi actui: veluti potētia aliqua susceptiua: ne fiat corruptio in nihilū: sicut nō fit ex nihilo generatio. Res quidez ex forma materiaq; cōposita resolui in materiaz. Forma quoqz illa: que ex materie somite educta fuerat: reducitur in materie somitem. In alia vero actus ipsius est ipsum suū esse. Essentia vero z substantia eius est illa ipsa potētia: que essendi actui subest. Non enim est in formis absolutis ferme alia compositio q̄z ex essentia: atqz esse: aut similio. Essentia locum materie: z potentie tenet. Esse vero locum forme: z actus. Si corrumpitur alia: perditur eius esse omnino. Sed nunquid etiā essentia: nequaqz. G Nulla. n. res in nihil resolui. Quia res q̄ vsqz adeo est simplex: vt nō aliter resol-

vsq; adeo est simplex: vt non aliter resolui possit q̄ in nihilū: cui talis est: vt fit a deo facta per creationē ex nihilo. Que talis est: soli auctori suo subest deo. Dei vero influxus vitalis: atq; beneficus nihil interimit. Ita q; si anima destruit: i amittat ee ei⁹: in essentia remanet. Quod ēt inde constat: quod quāto nobilior res est: tāto nobiliorē habet materiā: nobiliorem t formā. Animę sunt admodū p̄stantiores corporibus Igitur sub illarū esse tanq; sub forma: t actu latet materia quedam: t potentia si qua latet. Præstantior q̄ sub forma t sub esse corporis cuiuscunq;. Quod autē tenet in aliabus prime materie potentie q; locū: p̄a earū essentia est. Ita q; essentia illarū eminentior ē q̄ materia corporū. Materia corpoꝝ incorruptibilis est. Ergo quid mirū: si esse potest incorruptibilis illa? Quo fit vt si quādo anima esse suū fingat amittere: superfit necessario adhuc essentia: atq; substantia. Hec si supest: est certe. Si est adhuc: esse nondū est amissum. Ita anima: si corrumpi dicatur: ettā post corruptionem necessario supest. Immo ēt viuit. Esse namq; animo nihil aliud est q̄ viuere. Sed ne quis dicat ipsū animę esse resolui in essentiam: atq; essentiā vlteriꝰ non existere: q; sit absq; actu: quāuis potentia forte superfit alicubi: memuisse opꝰ essentiā illam non posse in materiam: potentiam ve materie redigi: Quia neq; ex materia constat tanquā parte sui: neq; ex materie potentia pullulat. Rursus non posse resolui in potentiam cause alicuius agentis: nisi forte in dei virtutem qui solus animā p̄creauit. Non aūt ob id moritur animus: q̄ in primā vitā resoluitur. Moreret aūt: si reductus in deum desineret esse animus. Atqui sicut figura cerea sigillo impressa: q i sigillo penitus adequatur: non destruit: sed in speciē suam redintegrat: sic essentia animi: si quādo: idcirco per quā deus eā in certa essendi specie disposuerat: admouet: inesse pristino confirmat. Maxime. n. sequēs actus roboratur a primo. Nam quō deus esse potest terminus in quem corruptio tendat: cū sit efficiens terminus: vnde t a quo omnis creatio generatioq; deducitur: Aut quo pacto deus q actus est purus: nascēte anima: ad animę ipsius compositionē concurrit: ita vt quēadmodū ex materie potentia: t actu potentie addito: forma fit corporalis: t in eam potentiaꝰ deniq; actus formę resoluitur. Sic ex dei potentia quadā: t adiecto quodam actu fiat animus: qui tandē in dei potentiam quasi materiā resoluat. Non enim gerit vnquā materie vicē: qui primus est actus. Afferet aliquis essentiaꝰ anime neq; in materiam: neq; in deum resolui: sed ipsam se statim in se recipere esse prioꝛe sublato. Ueruꝰ sicut materia corporalis absq; actu corporali eē negatur ita neq; spiritalis seorsum a spiritali. Quapropter essentia: que est materia spiritalium: t ad esse spirituale quasi actū aliquē comparat: nunq; segregatur ab esse: ab esse inquam spiritali. Nisi forte quis dicat essentiaꝰ animę: dum esse aliud exuit: aliud indui: ac tales in esse spiritali vices hanc essentiam variare: quales in formis suis materia variat. Absurdum id quidem dictu. Tuꝰ q; essentia spiritaliuꝰ stabilior est q̄ materia corporalium. Tum q; essentia animę: cuꝰ ppria ipsius anime ratio sit: nō esse aliud omnino: t aliud respicit pariter: sed esse solummodo animale ſm certam videlicet animę speciem. Materia quidem cōmunis absq; hoc actu vel illo esse pōt. Materia vero propria absq; ppio actu nequaquam. Quapropter essentia animę: que in tali specie animarum est: nunquam actū: speciei alterius animarum suscipiet. Neq; migrabit rursus essentia in eadem specie de animo hoc in illum: ne mobilis eque fit a materia corporalium. Immo si materia celi eadem forma contenta est semper vt placet q̄plurimis: quid mirum materiam animi spiritalem eodeꝰ essendi actu semper esse contentaꝰ. La essentia vita est: hoc esse viuere. Semper itaq; viuit.

Duodecima ratio: qr nō habet i se potentiam ad non esse. Cap. xij.

NUlla res corrumpitur vnq̄ nisi habeat in se potentiā ad nō esse. Si. n. nequiret nō esse: nunq̄ esset desineret. Anima nullā habet talem potentiaz. Quoniā anima nihil aliud ē apud Platonicos nisi forma simplex per se subsistens: in essentia quidē sua plecta: t integra: ad speciem quoq̄ animalis efficiendam conducens. Actus quidem existendi ibi est in ipsa. s. forma integra: t plecta. Sigdem per formā integritatē est: vnūquodq̄. Igitur proprium subiectū ipsius esse ibi est sua forma atq̄ essentia. Ubi autem erit potentia ad nō esse? qđ est ipsius esse oppositū? Nūqd in ipso esse. At quomodo vnū repugnans vim habet ad repugnans alterū capiēdū? An ipsa essentia? Neq̄ hic qdem. Nam si essentia: ex eo q̄ simplex: t integra forma est: proprium est ipsius esse subiectū: quō habet potentiā ad nō esse: quod dicit esse ipsius oppositū? Quo. n. pacto propria substantia ignis: que ppriū caloris talis subiectum est: habet ad frigus suscipiendū potentiā aliquā? per quā t frigus accipiat: t maneat ignis? Atqui in iis ipsis substātijs corporalibus: mortalibusq̄ non est potentia ad non esse: q̄ruz sunt in specie sua cōplete substantie: formaq̄ predite: ſm hoc eniz existunt. Sed quantū illis subest materia prima: que nunq̄ sub tali aliqua forma quiescit. Nec vero abest ab aia. Nusq̄ igitur potentia ad non esse in anima reperitur. Est igitur immortalis. Sed hanc rationē plantius exponamus. In rebus iis: que ex forma t materia cōponunt: accidit: vt materia opus ipsum quodammodo antecedat. Quis. n. dubitet: quin materia prius quodāmodo sit q̄z formetur. Accipio materiam hanc operi faciundo quodāmodo precedentē. Atq̄ iterrogo: vtrū opus illud ex natura huius materie forte necessarium sit: an impossibile? An forte possibile: nō necessarium. Quia sic materie vis statim per seipsam operi necessitatem daret: neq̄ prestantiore aliquo egeret formante: nunc vero indiget: q̄ quod est informe: formare se nequit. Igit quantū ad materiam attinet futurū opus non est necessariū. Nunquid impossibile? Neq̄ hoc qdem. Sic eniz esset materia adeo ad opus illud inepta: vt nunq̄ ad illius formam: atq̄ effectuz perduceretur. Si quātum ad materiam spectat opus agendum neq̄ necessarium est: neq̄ etiam impossibile: restat: vt sit possibile. Hoc enim inter duo illa est medium. Possibile inquaz esse: atq̄ non esse. Nam si ex natura materie foret possibile esse soluz: foret absq̄ dubio necessarium. Sin ex natura eiusdem foret solum possibile non esse: foret t impossibile. Quapropter cum ex natura materie opus ipsum possibile sit esse pariter t non esse: constat: q̄ in ipsa materia quātum ad faciendū opus: est potentia ad esse pariter: atq̄ non esse. Cum vero simplex materia sit ex naturis pluribus non composita: eadem natura materie est potentia ad esse: atq̄ non esse. Quoniam est indifferens ad vtrunq̄: neq̄ ex se ad alterutrum terminatur. Superiori agente indiget: quod eam formando ad esse determinet. Accipit ab illo formam leonis. Unde fit leo. Et materia ita leonis: que ante habebat in se potentiam ad esse leonē: atq̄ non esse: iam nunc ad esse leonem determinatur. Sed nūquid adhuc restat i materia prima eadez illa indifferens ad vtrūq̄ potentia? Si non restaret: cessaret protinus natura materie: neq̄ quicquam ex materia fieret: t constaret: si statim cū fit aliquid materia prima natura priuat sua: periretq̄. Ergo cum restet leone iam genito: potentia eadem illa ſm speciem in materia non propinqua leoni: secundaq̄: sed prima potentia inquā ad esse pariter: atq̄ non esse. Id accidit: vt quēadmodum p illam potentiam esse leo quandoq̄ cepit: cum prius non fuisset: ita per eandem esse quandoq̄ desinat: postquam fuit. Quo.

niam potentia ad extremum vtrunq; in/
differẽ: vel ad neutrũ vertitur: vel eque
ar; vicissim vertitur ad vtrunq; ⁊ sicut
ad esse ex non esse conuersa est: ita vicissiz
a esse vertitur in non esse. Atq; hinc seq
tur rerum corruptio corporaliũ. Uerus
rationalis anima cum sit forma simplex:
vnde motus exoritur in compositis: non
potest ex aliqua materia precedente: ⁊ sub
sequente forma facta fuisse: ⁊ cum sit for/
ma in se subsistens non innixa materie: qz
⁊ supra: ⁊ infra materiam progreditur su/
dendo: non est composita ex aliqua po/
tẽtia materie: velut anima inchoationem ⁊
actu potẽtia addito velut ipsius sue perfe
ctione. Neq; igitur ex materia ꝓstat: neq;
exstat. Si talis est: ex nihilo processit in lu
cem. Eius ergo solus deus est auctor: vt
alias ostẽdemus. Atqui hec nisi potuisset
fieri: nunquaz profecto facta fuisset. Qua
propter precessit animam nostram nasen
di potentia. Ubi nam erat illa potentia?
non in anima: que nondum erat: non in
parte anime: que est simplex: ⁊ tota simul
efficitur: non per partes. Non in materia
aliqua. Quoniam anima a materia non
dependet. Non in nihilo. Non enim po/
tentia ipsa essendi fundatur in nihilo. Mã
quo pacto alterum oppositum sit oppositi
ti: ⁊ contradictoriz alterius fundamentũ?
Esse vero: ⁊ non esse contradictoria sunt.
Restat vt illa potentia in solo anime au/
ctore fundetur deo. Igitur potentia essẽn
di: per quam anima ad esse producitur:
ipse solus immortalis: stabilisq; est deus.
Potentie vero ꝑm congruentiam respon
det actus. Actus ergo illi potentie diuine
respondens est stabilis per essentiam. Ta/
lis actus est anima. Et quẽadmodum in
deo eadem potentia est: per quam ⁊ deus
potest facere animam: ⁊ anima fieri: sic in
anima idem actus est: ideſt nixus idem:
per quem ⁊ anima subsistit in natura sua:
deus eam sistit in ipsa. Quo fit: vt non mi
nori desiderio deus animam in natura ani
me sistat quam substat anima in eadem.

Que cum soli subiẽciatur deo: si perimen
da est ab aliquo: ab illo est perimenda.
Ab illo vero non potest. Quomodo enim
causa alicuius efficatrix: ⁊ conseruatrix:
erit quoq; corruptrix eiusdem? Aut quo
pacto ipsum bonum cuicquam pernicio
sum est? Aut prima vita: ⁊ infinita vita
est alui mortis origo? Dicet aliquis non
permittit deus animam vim nouam ali/
quam inferendo: sed vim ante illi tribu
tam auferendo: ideſt subtrahendo influ
xum suum: per quem anima vixerat.
Sicut qui intuitu imaginem suam creat
in speculo subtrahendo vultum desinit
imaginem procreare. Sed cõtingere hoc
ibi non potest: vt pauloante ostendi/
mus. Rursus si deus nunc infundit:
anime vitam: postea non infundit: mu
tatio ibi prouenit ab infundendo in nõ
infundendum. Quero vtrum anima de
sinat haurire vitam: an deus infunde/
re. Non desinit anima haurire. Quip/
pe influxio vite in essentiam anime fit.
Quoniam vita est primus actus essen/
tie: cum primum acceperit esse. Anime
essentia est immobilis: quoniam a stabi/
li deo sine medio pendet: quia stando: ⁊
quiescendo perficitur. Turbatur motu.
Attingit stabilia. Regit caduca. Sistit
mobilia. Colligit dissipata. Conciliat
repugnantia. Nec est in ea potentia si/
la adesse pariter: atq; non esse: qualis
est in corporibus: que est totius muta/
tionis initium. Non igitur cessat ani/
me essentia vnquam vite actum accĩ/
pere: non cessat deus eundem infunde
re. Solis namq; illis significauit deus
se vim suam aliquando infundere cessa
turum: quibus ab origine inseruit pro/
clivitatem illam ad non esse duz. Pecte
rea deus nature institutor nunquam rei
quicquam subtrahit quod rei illius est p
prium. Proprium anime vita est: vita inq;
perpetua. Quia quantum rationalis est
etiam absq; disciplina: ⁊ vsu per solam
eius nature virtutez quotidie in se parit

ſpecies abſolutas: per quas proxime ad eternas itur ideas. Si naturale eſt animo rationali aſcendere ad ideas: naturale eſt ipſi quieſcere in ideis: vt ſicut naturaliter illis vixit: ita naturaliter viuat in illis: & qui operabatur ſm naturam aſſidue ad
A perpetua: operetur quandoq; ſm naturā perpetuo in ꝑpetuis. Et quia idea queq; eterna vita eſt: qui ſm naturam ſuā ideaz per idee modum poteſt conſequi: poteſt etiam per modum eternum vitam conſequi ſempiternam.

¶ Tertiadecima ratio: q̄ eſſe a deo accipit ſine medio. Cap. xiij.

B QUanq; Plotinus: & Proclus: aliiq; nōnulli platonicorum: animā fieri arbitrantur ab angelo. Tamen Dionyſium Areopagitam: Origenem & Aurelium Auguſtinum platonicos excellentiſſimos ſequor libentius qui aiam putāt a deo vnico p̄creari. Quod equidē hac rōne demonſtrari poſſe confido. Anima eſt forma ita ſimplex: atq; ita libera: vt neq; ex pluribus ptibus cōponatur: neq; ex materie viſceribus eruatur. Quādo igitur fit: non poteſt ex rebus vllis p̄ius exiſtentibus generari. Nā. n. ex rebus diuerſis procul ante poſitis: deinde coactis in vnum conficit: cum careat ptibus. Neq; ex materie ſomite prius informi: deide formato: cum ſit ſupra materiam. Igit fit ex
C nihilo. Ex nihilo autez aliquid facere dei ſolius eſt ꝑpriū. Nam ex ordine operū ordo cauſarum inueſtigatur. Cauſe eniz effectus accommodatur. Quare opz effectus ꝑprios in ꝑprias cauſas reducamus: atq; id: quod cōmune in omnibus effectibus p̄prie repitur: in cōmunem oium cauſam referamus. Ita cum omnibus in rebus p̄ter proprias ſingularum conditiones ipſum eſſe cōmunez cunctis inueniatur: ſingularum conditionum: & qualitatum cauſas ſingulas aſſerre debemus.
D Ipſius autem eſſe: quod vnuz omnibus eſt cōmune: vnam cauſam: omnibusq; cōmunem. Omnibus cōmunis cauſa vnus ipſe eſt deus. Igit eſſendi re vera deus eſt cauſa. Eſſendi vero hoc: aut illud: hoc modo: vel illo: alie quedam p̄ter deum ſunt cauſe. Ita vt ſic: a deo ſolo habeā. Vt ſic homo: etiaz ab homine: vt calidus ſit ab igne: deus operibus eſſe dabit: alie cauſe inter ſe diuerſe diuerſos eſſendi modos & eos quidem virtute dei. Eſſe quidem illud: quod poſt nihilum ſequitur eſſe dicitur abſolutum. Statum enim poſt nihil: ſequitur eſſe ſimpliciter. Poſt eſſe ſimpliciter: ſequitur eſſe hoc: aut illud: aut tale eſſe: vel tale: puta hominez eſſe: vel equū: album eſſe: vel nigrum. Non eniz poteſt quicq; fieri hoc: & illud: & tale: niſi ſit ꝑius quod hoc: & illud & tale fiat. Quapropter eſſe tale: & hoc: & illud haud eueſtigio poſt nihilum ſequitur: ſed poſt eſſe ipſuz ſimplex: & abſolutum. Cum igitur dei ꝑpriū ſit eſſe ipſum cōmune: & abſolutum cunctis tribuere. Id vero eſſe ante oēs eſſendi modos ſequatur poſt nihiluz. Soluo
F dei officium erit aliquid ex nihilo in eſſe perducere. Vt primum quod datur omnibus ipſum. ſ. eſſe a prima ſit cauſa: a ſequentibus cauſis munera ſecūda: vel tertia. Profecto q̄d nature alicuius eſt participe: non poteſt eam naturam producere abſolutam. Quia cum id: quod eſt tale aliquid ſm participationem: neceſſario ſequatur id: quod eſt abſolute tale. Immo etiam ſit per illud: quicquid ipſum eſt: ſi hoc illud gigneret: certe quod eſt poſterius rem ſeipſo priorem: atq; etiam ſui ipſius cauſam gigneret. Ubi gigneret: & ſeipſum. Igitur Ariſton: q̄ non abſolutus homo fuit: ſed hic homo in tali materia conſtitutus: humanitatem ipſam non genuit abſolutam: ſed hominem huic & illa tonem ſ. & in materia tali. Quoniam vero quantum p̄tinet ad eſſendi naturam: quicq; ſub deo eſt: eē ipſius eſt particeps & eſſe non habet ſimpliciter: ſed tale eſſe: vel tale in quadaz eſſentia: ſpecieq; determinatum: ſequitur vt res nulla ſubiecta deo ipſum eſſe producat. Sed talē quē dā

eſſendi

essendi modum tali cuidam materie tribuat. Quo fit: vt ad opus suuz priori semper egeat fundamẽto. Preterea tam ars q̃z natura quicqd agit: ex potẽtia quadã producit in actuz. Sculptor ex lapide ita preparato ad statuã: vt quodãmodo habeat statuam in potẽtia: statuam actu fabricat: homo ex semine: in cuius virtute homo est: generat hominem. Materia illa: ex qua ars: z natura aliquid faciunt: interdum obediens multũ: z apta ad opus existit: interdum ineptior: ita vt materie potentia alias minus: alias magis distet ab actu operis fabricandi. Parum distat aeris potentia ab ignis effectu: lõge vero ab hoc aque potẽtia. Facile itaq̃z est ex aere: difficile ex qua ignem accendere. Unde apparet: tanto potentiorẽ esse oportere eum: qui agit: quãto longius internallum est inter potentiam illam z actum: a qua in quem opus suum est deducturus. Distãtia vero inter nihil z esse est infinita: tuz q̃z in nihilo nulla est proportio ad esse: tum q̃z nulla distantia maior hac eẽ: aut excogitari potest. Distantiam vero p portione z fine carentem sola illa vis potest trãscẽdere: que nullam habet ad alias vires ꝓportionem: nec habet finem. Virtus huiusmodi solus est deus. Omnia. n. alia a dei potentia excedunt. Solus itaq̃z deus aliquid ex nihilo ineſſe perducit.

Preterea res omnis preter ipsum deum creatura dicit a theologis: z ex quatuor quibusdaz componitur necessario. Ideo pythagorici non solum in coporibus: verũetiaz in spiritibus quodãmodo ponũt quatuor elementa. Quia vtraq̃z constant ex eẽtia: esse: virtute: z actione. Nempe aliud in eis essentia est: aliud eẽ. Est enim esse actus essentie. Quod si preter hunc actũ non esset illic essentia: cui talis actus hereret: esset actus purus: z infinitus: q̃z nõ circunscriptus ab vllo. Hic autem solus est deus. Rursus esse ipsum ab omni esser participatione alterius absolutum. Omne vero tale vnicũ est in natura. Soli igit deo conuenit. Merito creatura nõ est ipsum esse suum: q̃z ipse suus actus eẽ nequit. Cum habeat in se potentie passiue non nihil imixtum: q̃z subest deo. Potentia vero opponit actui. Quoniam vero operatio differt ab essentia magis q̃z esse ipsum. Prius. n. est essentia q̃z operetur. Ideo vbi est essentie: z ipsius esse distinctio: multo magis est distincta operatio ab essentia. Operatio qdez ita est virtutis essentialis actus: sicut esse est actus essentie. Quia vero creata essentia nõ est suus actus: ideo nec est operatio sua. Alioquin operatio talis esset per se subsistens ab omni participantis limite penitus absoluta. Quod tale est: vnicum diximus: z infinitum existere. Sed nunqd operatio differt ab eẽ sicut ab essentia differre mõstratur? Proculdubio. Duplex enim est operatio: vna essluit extra operantem: vt calefactio. Altera manet intus: vt cognitio: z voluntas. Que essluit: sine controuersia distat ab esse: quod a te ipsa non essluit. Que manet: ob id etiam discrepat: quia esse creature certa quadam reruz specie clauditur. Operatio talis per genera multa vagatur. Immo vero intelligentia ipsa: atq̃z voluntas per infinita. Illius. n. obiectum est ipsum verum: huius ipsum bonum. Verum autem z bonum saltem tam late patent: q̃z ipsum quod ens vocatur. Operatio vero ab obiecto trahit speciem. Ergo operatio talis omnibus rerũ omnium speciebus induitur. Sed num differt operatio a virtute? z virtus ab eẽtia: atq̃z esse? Certe: primo enim q̃z actus potẽtie semper opponitur: operatio: que est actus: a virtute discrepant: z essentiae que potentie quedam sunt: z virtus ab esse quod est actus. Et ab essentia: quia potentie per suos actus distinguntur: cũ propria potentia proprium respiciat actũ. Essentie actus est esse. Virtutis actus est operatio. Igitur tãto inter se distãt essentia: atq̃z virtus: quãto esse distat: z operatio. Quorsum hec tam multa? vt intelli-

gaa:operationem cuiuslibet creature virtuti herere: virtuté ꝛ esse essentie. Ac nullam creaturam per substantiam proxime operari:sed per virtutem operatricé:que est qualitas:siue accidens:cum a substantia vndiq; distinguatur. Quotiens ergo aliquid operatur:qualitates quasdam proxime generat. Et esse dat:quale habet ipa i.herens alteri semper. Talia vero ꝑcedé te indigent fundamento. Que fundamé to indigent:ex nihilo nó creantur. Ergo. nulla creatura creat aliquid:nec iniuria. Operatio enim eius:ꝛ virtus: q herent alteri:ꝛ quicquid heret:non restat liberũ atq; integrũ:sed ꝑ facultate suscipiétis accipiť:subiecti sui limitibus finiunť. Creatio vero operatricem virtutem exigit infinitaz. Itaq; anima a solo creatur deo. Sz forsitan putabit quispiam animã ita a deo fieri:vt per angelum tanq; medium efficiať. Atq; deus in ea creatione sit opifex: angelus instrumentum. Que quidé opinio ideo videť absurda:quoniam instrumentum hãc habet naturam:vt ipsuz ab alio motum moueat aliud. Afficiat subiectum aliquod:formamq; principalis agétis traducat in subiectuz per temporis interuallum. Creatio autem neq; subiectuz exigit:neq; fit motu: vel tempore. Rursus si creationis opus virtutem requirit immensam:quid absurdius q̃ ad id exequendum:virtutem ipsam:que in deo immensa est:prius in angelo: cuius natura terminata est:terminari. Deinde opus illud:quod ad immensam virtutez spectat peragere. Ex supradictis concluditur:animam a deo summo fine medio procreari. Cur non perfectione pares inter se sunt angelus:atq; anima:cu vtraq; a deo absq; medio pendeant. Quia sub alia idea:ꝛ ratione deus angelum p:oducit:sub alia animam. Illum sub altiori idea:istaz inferiori. Quemadmodum ab eodem pictore homo ꝛ equus picti non eque sunt pulchri. Pulchrior enim hominis figura q̃ equi:quia pictor ad pulchrius sue mentis exemplar hominis picturam expressit q̃ equi. Sed finem iam sic rationi huic imponamus. Si anime essentia proxime a deo fit:nihil inter eam:ꝛ deum ipsius conseruatorem intercidit medium: quod ipsam a cõseruante diſungat. Ac si solo deo eget vt fiat:solo etiam eget: vt maneat: Et quia deus per eandem viz seruat creata: per quam creauit. Ideo sicut ex infinita dei bonitate anima ex nihilo adesse processit:ita per eandem inesse permanet procul a nihilo. Ut vita deo proxima diuine vite simillima sit. Quod ita demum erit:si anima aut principio:ꝛ fine caruerit sicut deus:aut si habuerit principium: finem: saltem nullum sit habitura. Limei Platonisq; sententia est:deuz mundi opificem per ideas:id est exemplares:absolutasq; rationes sua opera procreare. Proinde quicquid per talem:aut talez proxime creatur ideam:semper tale perseuerare. Quod vero deincepe:non necessario semper:sed aliquãdo tale. Oportere enim effectum proximũ cause prodire simillimũ. Remotiorem vero minus similem: atq; deincepe dissimiliorem semper euadere. Adeo vt idea sit virtus:ꝛ in seipsa simul:ꝛ sempiterna. Virtus vero que inde fit proxime:nó in se:immo in aliquo fit:sz semp. Que autez fit deincepe: neq; i se neq; semper per naturam suam: vel eadez: vel simili perseueret. Cum igitur rationalis quidé anima per ideam vite absq; medio fiat tali quadaz proxime originis potestate forma est semper viuens. Irrationalis autẽ cum inde per rationalem proficiscatur:secundum se aliquando viuens. Quod.n. ab idea sola creatur actione:actione fit penitus stabili:stabiléq; inde bz essentiam. Quod autẽ ab idea per animaz quasi mediaz nascitur:qm̃ actione mutabili gignit mobilem ꝑm se inde naturaz ducere cogitur. Secundum se inq; qz vitã ab anima ethereo impressam vehiculo:tanq; speculo sempiterno existimãt semper impunẽtem animam comitari. Impressam vero

vitam composito corpori: ꝛ caduco non semper. Nempe arbitrátur ab anime substantia semper viuente ethereum corpus sibi proximum perpetuo animari. Eleme tale vero corpus ab ea per illud aliqñ vitá accipere: sed de his alias.

¶ Quartadecima ratio quia est per se vita. Cap. xiiij.

D ANima est essentia: est ꝛ vita. Superioribus rationibus ostédimus: eá esse immo: talem: qz sit essentia per se existens. In presentia vero eiusdem imortalitatẽ ostendimus: qz sit vita per se viuens. Porro anima ex ipsa sui essentia vita est: qz totum qd̃ est in ea: est vita. Siquid. n. esset in ea: quod vita non esset: illud qdez non pars esset anime: ꝛ totum ipsum animatũ quidda potius quá anima diceret. Fateamur igitur totam anime essentiam esse vitam. Si tota est vita: per se certe ſm formá vita dicenda est. Nam quod p aliud viuit ipsum per se non viuens ex duabus componit partibus. Ex natura inqz sui propria ſm se: non viua: atqz ex vita illa aliunde accepta. Ita conclude. Sic res illa que per aliud viuit: non tota vita est: sequitur: vt res: que tota est vita: per se viuat. Ergo anima: que tota est vita per se viuit: presertim cuz per se moueatur: si ita est: per se est vita. Est igitur anime essentia vita. Cuius rei signum est qp cuicunqz aduenit prestat vitam: quasi per se sit hoc ipsum quod tribuit alteri. Unde abeunte illa: desinit corpus viuere. Ac dum adest corpori nullum momentũ cessat vite opa exercere corpus viuificando. Quare perénis aie actus viuificatio é. Perénis actio ꝓpria est rei actio. Propria igitur est anime actio viuificare. Viuificare autem vite ipsius est proprium: sicut caloris est calefacere. Igitur essentia anime vita est. Accipe rursus aliam coniecturam: qp parato corpore: anima statim illud viuificat. Aut ergo suo esse dat vitam: aut appetitu: aut cognitione: siue consilio. Si anima cognitione: ꝛ consilio corpus viuificaret: scirent omnes: quid quodlibet momento gignat ꝛ alat in visceribus anima. Qualisqz sit interni opis dispositio. Et niſi cognosceret: ista non fierent. Sed nunquid appetitu? Neqz hoc quidem alioquin qz diu vellet animus esse in corpore: tamdiu esset. Et qui odit corporis consuetudinem a corpore confestim discederet. Restat vt ipso esse idest naturali vtute viuificet corpus. Si ipso esse viuificat: per suam essentiam est vita: aut viuens. Sicut quod ipso esse calefacit per essentiam suam: virtutem habet: est calor aut calens. Concludo anime essentiam esse quandam vitam. Quod si non libeat eam vocare vitam per se viuentem quemadmodum soles dicere calorem per se calentem: saltem per superiora cogeris confiteri: animá esse substantiam propria vita vitalem: quéadmodum dicis ignem substantiam proprio calore calentẽ. Utrumqz horum acceperis: minime curo. Utrinqz enim sequitur idé: quod querimus. Sed ego superioribus ratiõibus adducor: vt animam per se vitam appellem: vitam inquá naturalem: formáqz vitalem. Huic aũt formeqz vitali contraria mors quodámodo dicit̃: seu aliqua mortifera qualitas ferme. Sicuti caliditati frigiditas: humiditati contraria siccitas. Ea vero est contrariarũ natura formaꝝ: vt neqz aliqua earꝝ aliá capiat: vt calor nõ suscipit frigus: neqz substantia: cui vna illarũ formarũ est propria ét suscipiat aliá formaꝝ siue forme ꝓtrariá. Ut ignis cui calor est ꝓprius frigus nõ accipit: vt simul sit ꝛ ignis: ꝛ frigidus. Sed abit potius: aut perditur tam calor quaꝝ ignis: frigore veniente: quá aut calor: aut ignis fiat frigidus. Est ergo vterqz: vt ita loquar: infrigescibilis: cum frigoris participes euadere nequeat. Similiter anima quoniaz aut vita ipsa naturalis est: aut vitam habet tanqz naturalé sui pedissequá: mortẽ vt dixi: ipsius contrariá non admittit. Si nõ admittit mortẽ: ita ferme imortalis est: sicut ignis; quia non suscipit fri-

gus infrigescibilis. Si idem foret infrige/
scibile: quod imperdibile: ignis sicut non
frigescit: ita neq etiam perderetur. Nunc
autem perditur potius quam frigescat.
Verum cum idem sit immortale: quod
imperdibile: anima: que non admittendo
mortem dicitur immortalis: est etiam im/
perdibilis. Ideo abit: veniente morte nō
perditur. Tota supior disputatio his ver/
bis. Zoroastris comprehenditur. αθανα/
τον τε μενει: και ζωντος δε σωτηρ/
ον τι: id est immortalis manet: ac vite dña
est. Quasi dicat ideo immortalis manet:
q vitam habet pedissequam: sicuti sol lu/
cem: crinita comam. Dic pugnabit sic stra
to: vel epicureus aliquis. Sane mortez nō
suscipit anima: q veniente mortifera qua
litate: abit anima: & desinit esse. Si esse de
sinit: suscipit certe nihil. At nos o epicu/
ree non ita desipimus: vt ignoremus: non
posse mortem ab aliquo suscipi. Tum qa
nihil est. Quod vero non est: non capit.
Tum quia neq viuentes eā capiunt: neq
defuncti. Illi quia duz viuunt: a morte ab
sunt. Isti: q si nō sunt: vt ipse putas: nihil
suscipiunt. Et si supersunt vt nostri volūt
etiam absunt a morte. Desistamus ludere
verbis. Audi quid velimus: quando dici
mus animam non suscipere mortez: intel/
ligimus eam non admittere in seipsa villā
mortiferam qualitatem: perquam desinat
viuere. Profecto contrarie qualitates se
inuicem non suscipiunt. Nam se vicissim
& fugant: & fugiunt. Ideo calor natura sua
non modo non suscipit frigus: sed neq lo
co etiaz illi propinquat. Longissime nāq
sese fugant: & fugiunt: que per naturam lō
gissimo discrepant inaeruallo. Postquaz
natura sua he forme tales sunt: si in mera
sui: & sola natura consisterent: essentq ita:
vt modo sunt contrarie inuicem: nunq
sibi inuicem propinquarēt. Natura enim
illas dissociaret: neq adesset medius ali/
quis illarum conciliator. Tales profecto
forent: si calor in seipso subsisteret a mate/
ria separatus: vt nihil preter calorem ha/
beret admixtum. Atq frigus similiter.
Nūc iacet calor in materia: que suapte na
tura non minus ad frigus parata quaz ad
calorem aduenientem frigori sinum pandit
suum: quem ingressa frigiditas calorez in/
de detrudit: qui inde depulsus extinguit:
cum ab auctore suo ea lege fuerit adesse p
ductus: vt tamdiu maneret: quādiu a tali
sinu materie foueret. Quapropter forme:
que a materia substinentur: licet formas
sibi contrarias non suscipiant: illarum: tñ
impetu: & propinquatione perdunt. Que
vero in seipsis permanēt: & si quando ma/
terie herere videntur: illam substinent po
tius quā ab illa substineantur. Contrariā
sibi vim non possunt admittere. Verum
si qua vis aduenit materie gremio: quali/
tates & formas inquinat astrictas materie.
Formā vero illā: que materiaz superminet
non attingit. Talis est anima: anima nāq
rōnalis: que cum fons motionis sit: corpo
rūq motrix non potest a corporibus e suo
statu mutari. Cum speciei sue ingeniram
habeat vitam: vtpote propriā: viuit semp
absq labore viuendi: precipue q̄ diu secū
ipsa viuit. Propinquans vero corpori ir/
rationalem: vt platonice loquar: ex se fun
dit vitam: velut vmbram. Ipsa quidez ve
ra est anima: animalisq vite fons: talemq
vitam non modo ad tempus suppeditat
corpori: sed multomagis sibiipsi semp eiz
nunq deserat semetipsam: neq adi se dese
rendam compellat a corpore: cuius quali/
tas in formā nō transit incorporalē. Rur/
sus neq ad idē cogat ab animabus quaz
officium est viuificare non perdere. Talis
peuldubio rōnalis anima iudicat. Irra/
tionalis aūt non vera est anima: q neq es
sentia vera ē: neq vera vita. Nō vera eēn
tia est: q non existit per semetipsam: siqui
dem per se non operatur: quandoquidez
nihil agit: absq corporis instrumētis. Nō
vera vita est: quoniaz motionis libertate
priuatur. Non. n. ducit a seipsa: sed vi tra
hit ab iis rebus: que sensibus offerunt: iō
platonici multi aiunt: aiam rōnalē esse: &

aiam

E alam ⁊ vitaz ſubſiſtentē: atq; ex ſe corpus viuificantē. Sed irrationalez formam positus animationē viuificationemq; corporis eſſe putant: quam etiam eſſe immortalez Xenocrates: Speuſippus: Numenius
F Plotinus exiſtimant. Porphyrius autē: ⁊ Proculus: ⁊ aly quamplurimi negant. Neq; mirari debemus: ſi animas alias veras: alias falſas eſſe multi platonici arbitrant. Rerum ſiquidē varietas nec tibus nectit interuallis. Deus verum bonū eſt. Angelus imago quidē eſt bonitatis. Sed intellectus eſt verus. Rationalis aia imago intellectus: anima vera. Irrationalis anima imago anime: natura vera. Qualitas que diuiditur in materia nature: imago eſt: verum naturaliū agentium inſtrumentū. Sed meminiſſe oportet: eos: qui animas noſtra inferiores eſſe ſempiternas exiſtimant: etiā plantarū animas ſecutos eſſe egyptios: pythagoreoſq; exiſtimates animas humanas eſſe mentes delapſas in rationē: atq; ſenſum. Animas vero brutorū eſſe noſtras in ſenſuz: generationemq; omnino plapſas. Plantaruz deniq; alias eſſe eaſdem: lapſas olno in generandi potentiā: poſſeq; omnes iteruz ad ſuperiora conuerti. Quod quidē Empedocles. Timeus locrus: Origenes: Plotinus ſignificaſſe vident. Sed hec ipſi viderit. Nos autem propoſitum proſequamur.
G Quintadecima ratio qz vita eſt p̄ſtantior corpore. Cap. xv.
H Rationalis aia ſ'a naturalis vita eſt. Vera vita per ſe corporis eſt formatrix: ⁊ rectrix. Ideoq; corpore eſt longe p̄ſtantior. Corpus quāuis in varias vertat qualitates: aut ēt milies diuidat in ptes: nunq̄ tamen deſinit eſſe corpus. Semp eniz reſtat natura corporis diuiſibilis. Cū diuidantur partes in particulas fine fine. Ergo multomagis anima rōnalis: q̄ vera eſt corpis vita: quantūcūq; mutet: nunq̄ deſinit eſſe vita.
I Cuius argumentationis vim in eo potiſſimum conſiſtere arbitramur: q̄ tertia eſſentia: que eſt ſedes rōnalium animarū: tres habet dotes: ex eo q̄ omniū medium obtinet. Prima q̄ in ea reſulgent vere imagines diuinoz. Secunda q̄ ipſa formatrix: continetq; totaz machinā corporalē. Tertia q̄ diuina: ⁊ corporalia cōciliat inuicem. Omnes he dotes eſſe oſtendunt aiam ſempiternam prima: qz ſi in genere corporū eliqua ſempiterna ſunt: in qbus vmbre ſunt diuinoruz: multomagis aie rationales animarum omniū preſtantiſſime: in qbus ſunt diuinoz imagines ſempiterne. Prior. n. in diuinis vita eſt qua ſplendor. Quoniā ſplendor eoruz eſt cum reflexio: tum effuſio vite. Quapp inde prius manat in aiam vite immortalis vbertas qua diuinaz ſplendor imaginuz. Secūda qz ſi rōnalis anima principiū eſt formandi: ⁊ cōtinendi: neq; formam ſuaz neq; conſtantiam naturalē p̄ōt amittere. Nempe cū totum aiale genus ſit toto genere corpali p̄ſtantius: ⁊ in oibus mundi membris ſint aliqua corporalia ſempiterna: probabile eſt: vt in oibus hic ſint anime ſempiterne. Quis eniz negauerit: animarū genus caput habere ꝑpetuū: in quo rationales aie ſunt: poſtq̄ corporalis nūdus membra quedā habet vbiq; ꝑpetua? Tertia qz ſi aia conciliationis vniuerſalis ⁊ vinculi fons eſt: diſtrahi: ⁊ diſſolui non
R p̄ōt. Si. n. vniuerſorum vinculū reſoluat: quid vlterius vincict. Platonica hec miſteria ita deinceps Aurelij Auguſtini ſnia confirmabimus. Si anima rationalis interiret corpore pereunte: neceſſario mutaretur corpore permutato. Non mutatur autem a corpore. Ipſa eniz motionis principium eſt. Ideo cum a corpore mutari videtur: tunc ipſa ⁊ corpus mutat: ⁊ ſeipſaz ducit: vt iubet. Si anima mouet ſepiſſime corpus immobilie perſeuerans: longe magis: ex eo quod ſiſtit: continetq; corpus ſeipſam ſiſtit: ⁊ continet. Quod enim ſtat plurimum in mouendo alio: ſtare poteſt ſemp inſiſtēdo ſe: ⁊ cōtinendo. Quis autem neſciat quando corpus vel proprīū vel alienum mouetur ab animo: tam mo-

ctionem ipsam quam rem moram non ha-
bere sua omnia simul: sed labi prorsus a fu-
turo in presens: atq; preteritum? In ani-
mo autem tunc esse finem proposituz ope-
ris totius immobile. Intentionem presen-
tis operis memoriam preterite expectatio
nem q fuiuri. Illic interio animi circa ea
que non sunt est ipsa. Duz tam ea: que nō
A dum sunt: quam ea que non sunt am-
plius ipsa connectit in vnum. Circa tem
poralia est sup: a tempus. Circa mobilia ē
immobilis. Cur ergo substantia eius cir-
ca mortalia non sit imortalis? Immo cur
in perpetuis attingendis non fiat ipsa per
petua: quandoquidem in tractandis mo-
bilibus manet immobilis? Preterea si nō
tam id quod in mole est corporis: quam
id quod est in specie: facit esse corpus. Cor
pus enim tanto magis est: quanto specio-
sius est: atq; pulchrius: tantoq; minus est
quanto sordidius: atq; deformius: que de-
fectio non precisione molis: sed speciei pri-
uatione contingit: putandum est: ani-
mū illum: a quo tanquam principio da-
tur corpori forma: per quam est corpus: q
connexio partium: per quam consistit: nū
quam vel forma propria: vel vnione priua
ri: per quaz est: q permanet animus. Quā
do quidem corpus nunquaz in omni for-
B ma: q vnione: per quam est: permanetq;
corpus orbatur. Neq; tamen transire de
specie in speciem animam sicut corpus.
Mutatio enim ab anima descendit in cor
pus: q stabilior est illa quam istud. Ergo
si hoc semp in gñe corpali pmanet: illa p-
manet semper in specie alati. Neq; in ipsa
specie animali de alia in aliam animam cō
mutabitur. Non enim subest materia: per
quam fiat huiusmodi commutatio. Si nō
accidit mutatio talis: neq; animus esse:
nisi vitat potest: nunquam profecto ani-
mus moritur. Quod si quisquam nō eum
interitum dicat formidandum animo quo
efficitur: vt nihil sit: quo aliquid est: sed
eum: quo dicimus ea mortua: que vita ca-
rent: attendat quod nulla res seipsa caret.

Est autem animus vita quedam. Unde
quod animatum est viuere: omne autem
ie anime: quod animari potest: mortuum
id est: vita priuatum intelligitur. Non er
go potest animus mori. Nam si carere po
terit vita: non animus verus: sed anima-
tum: aut aliquod animi simulacrum est.
Quod si absurdum est multominus pos
genus interitus timendum est in mo: qđ
vite certe non est timendum. Nam prior
sus si tunc moritur animus: cum eum de-
serit vita: illa ipsa vita: que hunc deserit:
multo melius verus intelligitur animus
vt iaz non sit animus: quicquid a vita de-
seritur: sed eaipsa vita: que deserit. Quic
quid enim a vita desertum: mortuum di-
citur id ab anima desertum intelligitur.
Hec autem vita: que deserit ea que moriū
tur: quia ipse est animus: q seipsam nō de-
serit: non moritur animus: nisi forte verā
vitam temperationem aliquam corporis:
aut aliquid eam sequens: vt Aristoxenus. C.
q Dicearcus opinabantur: debemus cre-
dere. Quibus profecto nunquam hoc vi-
sum esset: si ea que vere sunt: q incommu-
tabilia permanent: eodem animo a cor-
porum consuetudine alienato: atq; pure
guto videre valuissent. Quis enim bene
se inspiciens non expertus est: tanto se alt:
quid intellexisse sincerius: quanto logius
remouere: atq; subducere intentionem
meā a corporis sensibus potuit? Quod
si ad temperationez corporis animus per
tineret: non vtiq; id posset accidere. Nō
enim ea res: que naturam propriam non
haberet: neq; per se subsisteret sed in subie
cto corpore tanquam corpus: alio forma in-
seperabiliter esset vllo modo se ab eodem
corpore ad intelligibilia percipienda co-
naretur auertere: q quantum id posset: tā
tum illa posset q intueri: eaq; vnione me
lior: q prestantior fieri. Nullo quippe mo
do forma talis: vel ipsa etiam corporis tē-
peratio: que certa commixtione efficitur
earum quattuor naturarum: quibus idez
corpus consistit: auertere se ab eo potest:

in quo subiecto est inseparabiliter. Quin
ertiam cum humorum consonantia acci/
dens quoddam compositum fit: si anima
vel consonantia esset: vel ab ipsa depen/
deret: nullo modo substantiarum: rerũq;
simplicium rationes cognosceret affecta/
ret & caperet. Ad hec ea que intelligit alius
cum se auerterit a corpore: non sunt pro/
fecto corporea: & tamen sunt. maxime: que
sunt. Nam eodem modo sese semper ha/
bet: nihilq; absurdius dici potest: quam
ea esse: que oculis videmus: ea non esse:
que intelligentia cernimus: cum dubitare
demetis sit: intelligentiam incomparabi
liter oculis anteferri. Hec autem: que in/
telliguntur eodem modo sese habentia cũ
ea inuenit animus absq; aliquo instrumen
to: ratio ostendit: se illis esse coniunctum
nuro quodam eodem incomparabili mo
do scilicet non secundum locum. Nam
aut in illo sunt: aut ipse in illis: aut vtrũq;
per se subsistit. Si primum illud est: non
est harmonia corporis animus: aut har/
monie mancipatus. Quicquid enim ta/
le est: a corpore tanquam subiecto separari
non potest. Propterea q; quicquid in illo
est: corpori eque atq; illud astringitur.
Mutabile autem est corpus humanum.
Mutabiles igitur erunt rationes ille re/
rum: que sunt in animo contemplante: si
animus mutabili corpori alligatur. Mu/
tabiles autem esse rationes illic non pos/
sunt. Semper enim eodem modo verum
est: quod duo & quattuor sex conficiunt:
quod ve que comparatio est duorum ad
quattuor: eadem quattuor est ad octo: ce/
teraq; generis huius quamplurima. Ra
D tiones huiusmodi inseparabiliter insunt
animo: qui semper & subito ita vtitur pro
arbitrio. In quibus ars consistit ratiocy/
nandi: que ab animo rationali minime se/
paratur. Nam si ab eo ratio illa artificiosa
vel ars rationalis: que rationum certus est
separabitur: aut nusquam erit: aut in re
aliqua non viuente: aut in re viuẽte. Nus
quam esse non est dicendum perpetuas:
& immutabiles rationes. Esse quoq; in re
non viuente rationes verso impossibile
est: siquidem vita rationis est fundamen/
tum. Si autez artificiosa ratio de vita trã
fit ut vitam: nunquam id facit cõmodius
quam cum docet quis alios. Cum vero
id non contingat. Nemo enim docendo
alios obliuiscitur: non fit tranquilus. Ars
igitur inseparabiliter inest animo. Inesset
quoq; corpori: si animus esset corpis har/
monia. Quapropter mutabilis esset: sicut
corpus: iam ratio ipsa quam animus. Cũ
vero ratio talis sit immutabilis: ideoq; &
animi essentia immutabilis: cui illa tan/
quam subiecto inest non est animus cor/
poris temperatio. Atq; ita disputasse suffi
ciat ex primo illo diuisionis superioris mẽ/
bro: quo concessum fit: animo rationes in
esse. Deterea si quis secundum illud mẽ/
brum admiserit scilicet illas inesse animũ:
sequitur idem. Quo enim pacto animus
est corporis temperatio: si in ratione rerũ
a corpore separata est tanq; subiecto? Cuz
non possit esse alibi quam in corpore cor/
poris temperatio. Si tertium diuisionis
illius membrum concesserie. s. vtrũq; sub
stantiam per se subsistentem esse tã animũ
quam ipsam rationem rerum: per se subsi/
stet animus: neq; temperationi corporis
astringetur. Deniq; quodcunq; membrũ
diuisionis acceperie: vna hec sunt impere
rõ ppuadet: aium in cõplexione corpis tã
quã origine nõ iacere: q nõ tã aiide: tam
facile: taz assidue: tũ philosophamur mu/
tabili potiꝰ habito corpe: immutabilibus rõ
nibus sese miseret. Neq; melius esset: cuz
est in illis: quam cum est in corpe. Est aũt
in illis tanto melius q̃z in corpe: quanto ꝑ
stantius viuit in illis q̃z in ipso. Tãto aũt
viuit prestantius: quãto perfectius opat.
Operatur vero in illis perfectius: q in/
telligit verius: desiderat pacatius: fruitur
dulcius: plenius: atq; securius. Et cũ sepe
ꝓsonãte secũ corpe: aius ipe dissonet secuz
tũ speculatiõe: tũ moribus. Atq; ita ꝓso
net dissonante: qui non viderit animum

non consistere in corporis consonantia: is dissonat veritati. Sed vt reuertamur
B ad Aurelium: hic forte oboritur nonnulla questio. Vtrum sicut non interit animus: ita nec in deteriorem commutetur essentiam. Videri enim cuipiam potest: neq; iniuria: id effectum esse ratione hac: vt animus ad nihilum peruenire non possit. Conuerti autem in corpus fortitan possit. Si enim quod erat ante animus: corpus fuerit effectum: nō vtiq; omnino nō erit. Sed hoc fieri non potest: nisi aut ipse id velit: aut ab alio cogatur. Neq; continuo tamen animus: siue ipse id appetierit: siue coactus fuerit: poterit corpus esse. Illud enim sequitur: vt si sit: necessario velit: aut cogatur. At illud non sequitur: vt si velit aut cogatur: sit. Nunquam autem volet. Nam ois eius appetitus ad corpus: aut vt id possideat: est: aut vt viuificet: aut vt quodāmodo fabricet: aut quolibet pacto ei consulat. Nihil autem horum fieri potest: si non sit corpore ipse melior. At si erit corpus: melior corpore profecto non erit. Non igitur esse corpus volet: neq; vllum huius rei certius argumentum est q̄ cum seipsum hoc interrogat animus. Ita enim facile comperit appetitum se nō habere: nisi agendi aliquid: aut sciendi: aut sentiendi: aut vel tantummodo viuendi: quantum sua illi potestas est. Si autem cogitur corpus esse: a quo tandem cogitur. Num a quolibet? certe a potētiore. Non igitur a corpore potest. Nullo enim modo vllo animo vllum potentius corpus. Potentior autem animus non cogit in aliqd nisi quod sue potestati subditum est. Nec vllo modo animus potestati alterius animi: nisi suis cupiditatibus subditur. Cogit ergo ille animus non magis quā quātum eius cupiditates finunt: quem cogit. Dictum est autem: cupiditatem non posse animum habere: vt corpus sit. Illud etiam manifestum est: ad nullam sue cupiditatis explerionem peruenire: dum amittit omnem cupiditatem: t amittit: dum corpus fit. Non ergo potest ab eo cogi: vt fiat: qui potestatem cogendi nisi per subditas cupiditates non habet. Deinde q̄q̄ animus alterum animum habet in potestate: magis eum necesse est velit in potestate habere quam corpus. Et ei vel bonitate cōsulere: vel malitia imperare. Nō ergo volet: vt corpus sit. Postremo iste animus cogens: aut animal est: aut caret corpore. Sed si caret corpore: in hoc mundo non est: sed si ita est: summe bonus est. Nec potest velle alteri tam turpem commutationem. Si autem animal est: aut animal etiam est ille: quem cogit: aut non est. Sed si non est: nihil cogi ab alio pōt. Non enim habet potentiorem: q̄ in summo est id est non cogitur: qui est solutus. Si autem in corpore est: ab eo rursus: qui in corpore est: p corpus cogitur: ad quodcunq; cogitur. Quis autem dubitet nullo modo per corpus fieri tantam cōmutationem animo? Fieret .n. si esset illo corpus potentius. Quāuis quicqd illud est: ad quod per corpus cogitur: p: orsus non per corpus: sed per cupiditates suas cogitur: de quibus satis est dictum. Quod aūt rationali anima melius est omnibus consentientibus: diuinum est. Quod profecto consulit anime. Et ideo nō ab eo cogi anima potest: vt conuertat in corpus. Si igitur nec propria voluntate: nec alio cogente id anima patitur: vnde id pati potest? An quia inuitos nos plerumq; opprimit somnus metuendum est: ne quo tali defectu animus conuertat in corpus. Quasi vero quoniam somno membra nostra marcescunt: idcirco animus fiat ex parte vlla debilior? Sensibilia tamen non sentit. Quia quicquid illud est: quod somnū facit: e corpore est: atq; i corpore operatur. Corporeos enim sensus sopit: t claudit quodammodo ita tamen: vt tali commutationi corporis cedat anima cum voluntate: quia secundum naturam est talis cōmutatio: que reficit corpus a laboribus. Non tamen hec admit animo vel sentiē

di vim: vel intelligendi. Haz ꝛ imagines sensibilium presto habet: tanta expressione similitudinis: vt eoipso tempore discerni nequeant ab ipe rebus: quarum imagines sunt. Et siquid intelligit: eoꝫ dormiẽti: ac vigilanti verum est. Nam verbi gratia: si per somnum disputare sibi visus fuerit veraſqꝫ rationes secutus in disputãdo didicerit aliquid: etiã expergefacto eadẽꝫ incõmutabilia manent: quamuis falsa reperiantur cetera: veluti locus vbi disputatio ꝛ persona: cuꝫ qua disputatio fuisse visa erat: ꝛ verba ipsa que ad sommum attinent: quibus disputari videbatur: ꝛ alia huiuscemodi que ipsis sensibus sentiunt: agunturqꝫ a vigilantibus: pretereunt tñ nec vlla ex parte sempiternam presentiaꝫ verarum rationum assecuntur. Ex quo colligitur tali cõmutatione corporis: que somnus est: non vim ipsius anime: sed vitam corporis posse minui. Postremo si quamuis locuꝫ occupanti corpori: anima tamen non localiter iungitur sumis illis: eternisqꝫ rationibus: que incõmutabiliter manent: nec vtiqꝫ continentur loco: prior efficitur anima quã corpus: nec prior tantum: sed etiam magis. Tanto enim prior quanto propinquior: ꝛ eadem causa: tanto etiam magis: quanto etiaꝫ corpore melior nec ista propinquitas loco: sed nature ordine dicta sit. Hoc autem ordine intelligitur a summa essentia speciem corpori per animam tribui: qua est quãtuncunqꝫ est. Per animaꝫ ergo corpus subsistit: ꝛ eoipso est: quo animatur: siue vniuersaliter vt mundus: siue particulariter: vt vnumqꝺqꝫ animal intra munduꝫ. Quapropter cõsequens erat: vt anima per animã corpus fieret: nec omnino aliter posset. Qꝺ quia non fit: manente quippe anima in eo qꝺ anima est: corpus per illam subsistit: dantẽ spẽm non admittentem cõmutari i corpus anima non potest. Si enim nõ tradit speciem quã summit a summo bono: nõ per illam fit corpus: ꝛ si non per illam fit: aut non fit: omnino: aut tam propinque spẽz summit quã anima. Nec etiam fit corpus quia si tam ꝓpinque summeret spẽm ideꝫ esset quod anima. Nõne eoipso est anima melioꝛ: quo summit propinquius. Taꝫ ꝓpinque autem etiã corpus sũmeret: si non per animã summeret. Et. n. nullo interposito tam propinque vtiqꝫ summeret. Nec inuenitur aliquid congruens medium inter summã vitam: que sapientia: ꝛ veritas est incõmutabilis: ꝛ id: quod vltimuꝫ vitificatur ideſt corpus: nisi vitificans ala. Quod si tradit speciem anima corpori: vt fit corpus quantum est: non vtiqꝫ speciẽ tradendo. Admit autem speciem in corpus animam transmutando. Non igitur anima siue per seipsam corpus fit: quod per eam fit: qꝛ nõ nisi manente anima corpus per eam fit: siue per alia: quia non nisi traditione speciei fit corpus per animã: ꝛ adẽptione speciei anima in corpus conuerteretur: si conuerteretur. Hoc ꝛ de irrationali anima: vel vita: qꝺ nec in eam rationalis anima conuertitur: dici potest. Et ipsa. n. nisi inferiori ordine rationali subijceretur eoꝫ speciẽ summeret: ꝛ talis esset. Tradũt ergo speciem a summa pulchritudine acceptam potentiora infirmioribus naturali ordine. Et vtiqꝫ cum tradunt: non admunt: eoꝫ sunt: que infirmiora sunt: quãtum sunt: ꝙ species quas sunt eis a potentioribus traditur. Que quidem potentiora etiam meliora sunt. Quod hic naturis datum est: que non mole maiore plus possunt minoribus molibus: sed sine tumore vllo localis magnitudinis eadẽ specie potentiora sunt: qua meliora. In quo genere est anima corpore melior ꝛ potẽtior. Quapropter cum per illam: vt dictum est: corpus subsistat: ipsa in corpus conuerti nullo modo potest. Corpus enim nullum fit nisi accipiendo per animam speciem. At anima: vt corpus fieret: nõ accipiendo speciem: sed amittendo fieri posset. Et ideo fieri nullo modo potest.

Marsilij ficini Florentini Platonice theologie de immortalitate animorum ad Laurentium medicem virum magnanimum. Liber sextus. Reductio opinionum de anima in quinq capita. Capitulo primo.



Ec olim in agro romano apud Joannem caualcantem amicū nostrū kalendis martijs sub lauro disputaueram. Quibus differendis interfuerūt precipui familiares nostri tres. Christophorus Landinus: Bernardus nutbius: Georgius Antonius vespuccius: viri prudentie: et doctrina clarissimi. Dixi autem Joānes summa cum attentione auditis: Marsilij ficini inquit: dici non posset: quantum superiori disputatione fuerim delectatus. Sz hoc insuper cupio: vt postquam de communi animarum rationalium immortalitate disseruisti: deinceps: si placet diligentius de anime nostre immortalitate propriis rationibus disseras. Assentior equidem quinq esse rerum gradus quēadmodum superiori disputatione disposuisti: atq horum medium obtinere tertiam illam essentiam: que a materia soluta sit: ac perpetua. Deterea celestes animas in illius essentie gradu collocari nō dubito. Opinor etiam probabile esse: vt ibidem noster animus collocetur. Arbitror tamen non prius id posse penitus affirmari: quam omnes opiniones philosophorum de hominis anima ad quinq capita reducantur: et quattuor confutatis: vltima teneatur. Aut enim anima corpusculum aliquod est tenuissimuz: corpori huic crassiori suffusum. Siue igneū id sit: vt Democritus: Leucippus: et Dip parcus existimant. Siue aereum: vt Anaximenes: Diogenes: Apolloniates: et Cri tias siue aqueum: vt Hippias. Siue terreum: vt Hesiodus et Xenophides. Siue ex igne constet et aere: vt Boetus et Epicurus. Siue ex aqua et terra: vt Xenophantes. Aut melius aliquid est anima idest non moles ipsa corpusculi proprie: sed qualitas illius aliqua per partes corpusculi sparsa: puta calor: vel complexio calida. Quod voluisse videntur Zeno Citticus: Cleantes. Antipater: Possidonius: Aut purius aliquid: veluti punctum aliquod lucidum qualitatis illius: in quadam ipsius qualitatis: et corpusculi parte portion: puta corde: vel cerebro assignatum. Ibi residens: inde vel qua membra gubernans: vt est apud Chrysippum: Archilaum: et Heraclidem pontum. Aut liberius adhuc quiddam: ceu punctum aliquod: nulli parti affixuz: sed ab omni determinato situ seclusum: ac totum parti corporis cuiq presens. Sed tale: vt sit ab ipsa corporis natura dependens. Dependens inquam duobus modis scilicet vel quia corporis complexio ipsum genuerit: vel quia licet complexio ipsum non genuerit: tamen genitor suus quicunq sit ille: ipsum ex materie potentia: eiusq visceribus eduxerit idest ex aliquo semine: siue incohatione: seu proportione materie ipsius in lucem eruerit atq ipsi materie tanquam naturali gremio prorsus adduxerit. Quam sententiaz Xenophantes Colophonius: Asclepiades: Aristoxenus: Critolausq secūtur. Apud quos anima est vel vis quedam corporis agilis ad mouendum: vel partium corporalium harmonia. Aut postremo diuinum quiddam est hominis anima idest aliquid individuum: totum cuiq parti corporis adstans: et ab incorporeo auctore ita productum: vt ex agentis virtute solummodo: non ex materie incohatione: aut capacitate: aut fomento dependeat: sicut nos docent prisci theologi: Zoroaster: Mercurius: Orpheus: Aglaophemus: Pythagoras: Plato: quorum

vestigia sequitur plurimus porphyrius Aristoteles. Preter has quinq opiniones alie nulle inueniuntur. Tu vero tunc demum immortalitatem ad nos pertinere monstrauer is: quando reprobaris quat tuor superioribus opinionibus: approbaueris vltimam. Sic enim constabit animam nostram in tertie essentie ordine collocari. Id vero non mihi solum videtur: sed etiam cum superioribus diebus apud Bernardum bembum tuum clarissimū equitem: atq hoc tempore venetū senatus oratorem conuiuio discumberemus: meministi: vt arbitror: idē Antonio Cronico veneto: ac demetrio attico disputatoribus argutissimis visum fuisse. Dor et a Ricciardo angellerio angla rensi: t ab Oliuerio Arduino florentino ingenijs peripateticis similiter esse conclusum. Vbi affuerunt tres amici: Maldus Maldius: Bartolomeus sontius: Joannes baptista boninsegnius viri doctissimi. Eandem esse sententiam nostri Petri leonis spoletini: qui platonica peripateticis preclarissime iunxit. Dec illi. Dic ego ita respondi.

¶ Plebei philosophi nō ratione aliqua persuasi: sed prauis decepti consuetudine corporalem animam posuerūt. Cap. j.

PRincipio plebeos philosophos: q corporalem esse animam arbitrātes opinionem ex illis quattuor aliquam secuti sunt: non ratione aliqua persuasos i sed longa quadam: t infelicissima consuetudine in hanc sententiam cōpulsos existimo. Tria potissimum anime nostre officia esse videtur. Siquidem agit in corpe: agit per corpus opat et p seipsam. In corpe p eā potentiam: q vegetatrices vocāt. Peripatetici: Platonici vero nostri naturā qñ generat corpus: nutrit q t auget. Per corpus agit sentiendū sensum tū exteriorem qñ videt: audit: olfacit: gustat: t tāgit. Tū interiorem: qñ eorum corporum que sensit extrinsecus: imagines quasi reliquias sensuum secū ipsa reuoluit. Per seipsam agit: quando neq corpora per sensus exteriores attingit: neq imagines corporum per interiorem sensum recolligit. Sed ipsa mera vis anime incorporea incorporeū aliquid inuestigat t inuenit. Quod neq corpus sit: neq corpis alicuius imago. Quā quidem actionem intelligentiam nominamus. Habes igitur actionem naturalē sensum intelligentiam. Actione naturali vtitur anima in ipso fetu statim corpus ingressa. Sensu paulopost: homie videlicet statim nato. Intelligentia pura vir tādez adulto iam corpore: Magna vero pars hominum fere nunq illi presertim: qui etiaz trigesimo etatis anno sunt pueri. Si potentiam illam naturalem: quid anima sit interroges corpus esse proculdubio respōdebit. Ea siquidem vis nihil attingit aliud nisi corpus. Si sensum exteriorem rogaueris corpus similiter respondebit. Oculi figuram quandam: t colorem anime asscribent. Aures vocem. Olfactus odorem. Sapore gustus. Pondus soliditatemq t calorem. t similia tactus. Quod si sensum interiorem: qui reliquorum externorum sensuum pascitur de anima queris percontatus: ipse quoq animam corporum pinget simulachris. Nihil enim habet aliud: q adhibeat. Infelix adolescentia nostra sub indoctis preceptoribus hic nutrita cogit nos p omnē etatē stulte sentire de anima. Dum eam opinamur esse corpoream: ab hic docti magistris: qui sola sentiunt corporalia. Maxime vero hic error inde videtur exortus: immo vero potius confirmatus: q si quando tribus hic preceptoribus tanquam Sophistis omnino dimissis: ad mentem illam sapientie magistram confugimus: t ab ea quid sit anima scisciteamur: illa talem esse respondet: qualem t ipsa videt. Illa vero heu: qualem videt? quam sedam? quam miserabilem? Profecto non talem qualis olim celo descenderat. Sed potentiam illam

anime naturalem corporis fabricatricem
cernit quattuor humorum: in quibus ipsa
mergitur tabe pollutam: & membrorum pin
guedine suffocatam. Sensus quoq; exter
A nos inspicit vndiq; declinates ad corpo
ra. Agentes per corpus: a corporibus quo
dammodo patientes. Sensum etiam interio
rem: quem nominant fantasiam: variis di
uersorum corporū figuris: & qualitatibus
quasi per sensus hausitis cernit opertum.
Dum igit̄ animam corporali veste aspicit
inuolutam: & appetitum ejus procliuem eē
ad corpora anima duertit: certe respōdet:
eam esse corpoream: non aliter ac si puer
aliquis statim natus luto oblitus ita fuis
set: vt vndiq; per omnem pueritiam lutea
testa esset obductus: ac postea rogaretur:
D quale tuum est o puer corpusculum? non
ne esse luteum responderet? Ablue puer
corpus. Abstergе carnes a glebis. Carneū
te videbis non luteū. Diuultite sensus o
miseri impios nimium preceptores. Pia
dumtaxat mentē interrogate: eo tamē pa
cto: vt animā illi puram: qualem accepistis
non corpori mancipatā: non vitiorum ma
culis sordidam ostendatis. Deus ꝓtinus
respondebit: nō incorporalem esse animā
solumodo: sed diuinā. Magnum quidda
es o anima: si te parua non implēt. Opti
mū quoq; si displicēt tibi mala. Pulcher
rimū si horres turpia. Sempiternum si tē
poralia parui pēdis. Postq; talis es: si in
uenire te cupis: quere obsecro ibi te ipsam:
vbi sunt talia. Magna vero ibi sunt solum
vbi nullū locus imponit limite finē. Op
tima vbi nihil cōtingit aduersi. Pulcher
rima vbi nihil ē dissonū. Sēpiterna vbi
defectus est nullus. Quere te igitur extra
mundū. Verū: ut & quaeras te: & inuenias
extra: extra vola. Immo extra respice. Es
.n. extra: & mūdū ipsa cōplecteris. Sed
esse te putas in infimo loco mundi: quia
te ipsam quidem non cernis super ethe
ra per volantem: sed vmbram tuam cor
pus videns in infimo. Perinde ac si puer
aliquis super puteum constitutus: esse
se in fundo putei arbitretur: duz in seip
sum aciem non conuertit. Sed suam in
fundo prospicit vmbram. Aut si auis in
aere volans credat se in terra volare: dum
vmbram suam videt in terra. Ergo reli
ctis vmbre huius angustijs: reuertere in
teipsam. Sic enim reuerteris in amplum.
Immensaz esse scito in spiritu amplitudi
nem. In corpore vero infinitam (vt ita lo
quar) angustiam. Quod ex hoc licet per
spicere: q numeri: qui spiritali nature p
pinquant: cum & situ careant: & metiātur
numerentq; secundū formam tam incor
porea q̄ corporea: & nihil aliud sint: quam
quedā vnitatis ipsius replicationes. Uni
tas autez sit incorporea: quia omne corpo
rale sit multiplex numeri inquam: qui spi
ritales sunt: sine fine crescunt: non tamen
sine fine decrescunt. Magnitudo contra
terminum quidem habet augumenti q̄
uis non habeat terminum decrementi.
Cur tanti facitis sensuum iudicium infe
lices? qui falsis imaginibus ita decipiūt C
vt visus solē: qui terra longe est amplior
vix bicubitum iudicet. Celuz quod rapi
dissime currit quiescere. Rectum in aqua
remum fractum videat: & obliquuz. Cur
rere litus: dum nauis ipsa mouetur. Audi
tus vocem aliunde q̄ mittatur: sepe veni
te significet. Gustus sepenumero que dul
cia sunt: amara: & infinita generis eiusdē.
Sensuum errata quis corrigit? Ratio: no
bilius autē q̄ emendat: & perficit: quic qđ
perficitur. Idcirco diligentior: & vera
cior ratio est quam sensus. Ratio iudi
cat: inueniri posse aliquid incorporeum:
semperq; circa huiusmodi quiddam ipsa
versatur. Est ergo verum per iudiciuz
rationis esse alicubi aliquid incorporeum
sicut verum est per iudicem sensuum esse
multa in mundo corporea: horum tamen
iudicium in eo fallitur: quod nihil affir
mat aliud nisi corpus. Sic etiam falle
retur iudicium rationis: si forte asseuera
ret: nō esse in rebus aliquid corpale. Nūc
vero tantum abest a falso: vt etiam fal

laciam sensus emendet. Sentiendi autez vires vsq; adeo fallaces sunt: vt non modo emendentur a ratione: verum etiaz a se inuicem ipse vanentur. Si visui te soli cõmittas: nihil in mundo esse aliud dices quã que vident in lumine. Voces autem z odores: z reliqua: que non videntur omnino non esse. Si auribus solis confidas: colores esse negabis. Si olfatui: solos esse in mundo putabis odores. Atq; ita de alijs est putandum. Sicut autem quisq; sensum negat: esse alicubi aliud quicquaz preter id: quod z ipse suũ: z tamen per aliuz sensum vãnamus aliuz: z esse aliqd aliud inuenimus preter id: quod vnius sensus est ꝓprium. z recte inuenimus. Ita cũcti sensus vna conspirantes negant esse posse aliqd in natura: quod non sit corpus. Nihilominus ratio cunctos redarguens esse etiaz aliquid incorporale vaticinat: z vere vaticinat: z multo verius q̃z sensus: qui z a se inuicẽ vanatur: z redarguunt ab illa.

E Quid. n. stultius est q̃z concedere nos bestijs ratione prestare? atq; ea: que sensu p/cipimus: existere aliqd confiteri: que etiaz nõnulle bestie acutius sentiunt. Id autez quod rõnis oculo intuemur: nihil esse cõtendere. Nullum n. animal esset insipientius homine: si ea vis animi: q̃ hominis propria est: magis q̃z sensus: qui cõmunis est bestijs: falleret. Nefas est autem animalium regem dicere omniũ dementissimũ. Dementissime autẽ is erit solus qui non fatebitur: tãto prestantius esse mentis obiectum sensus obiecto: quãto mens est sensu prestantior: ac propterea incorporeas naturas in excellentiore substantie genere re vera inueniri q̃z corporea. Presertim: si

S quasi obiecta mentis eaz mouẽt: sicut obiecta sensus mouent sensum: oportet ea ipsa mẽtis obiecta aliquam per se habere substantiam: vt mentem mouere queant. Si naũt dicatur intellectum a suis obiectis minime agitari: iam satis probatum erit: saltez intellectum ipsum esse naturã incorporalem: postquam ipse fabricat sua non movetur ab alio: z edificia fabricat incorpo/rea. Deminisse vero oportet quemadmoduz puer: qui natus est cecus: difficile credit colorꝫ varietatem: lucemq; esse: cum tamẽ ceteris hominibus nihil sit luce clarius. Sic animum nuper tenebris corporis circũfusum vix adduci: vt existimet: lucem aliquam incorporalem existere: cuz tamen nihil sit illa in rerum ordine angelis manifestius. Hoc Plato i septimo de h republica longe conqueritur. Hoc Aristoteles in secundo diuinorum confirmat dicens: humanum intellectuz ad ea: q̃ sunt per se in ordine rerum manifestissima: nõ aliter se habere quã ad solis lucem noctue oculum. Resipiscant igitur quandoq; minuti philosophi: qui sensuum inditio freti incorporalem: diuinamq; esse animam cogitore non possunt. Animaduertatur aliquando ex diuturna cum cõpore consuetudine: se factos esse vsq; adeo corporales vt merito nihil nouerint: nisi corpus: aut rem corpore natam. Puri fiant: z pura ꝑcipient. Experiantur aliquãdo in seipsis. Possunt enim mndo velint: quod iam diu in vniuerso desiderant: percipiũt certe composita: percipiunt z formas plurimas in compositis. Formas insuper desiderant aliquas extra composita segregatas. Ipsi ex anima z corpore cõpositi sunt. Habent vitam ab anima corpori tradita. Habent z vitam anime ipsius in seipsa vigentem. Illam ergo despiciant: hanc aspiciant vitam intellectualem agant a corpore separatam. Separati statim separatas formas attingent. Socraticamq; mox sententiam re ipsa probabũt: super formas: q̃ in subiectis formatis iacent quoniam imperfecte sunt: esse formas in seipsis: atq; perfectas: vnde informia subiecta formentur. Atq; vnicam ad incorporea non attingẽda solum: sed etiam possidenda viam esse seipsum videlicet incorporeum reddere: hoc est mentem: a motu: sensu: affectu: imaginatione corporali pro viribus seuocare. Sic enim experientia ipsa constabit:

Primo quidez: qualis sit purus animus idest ratio secum ipsa viuens: seqz circa ipsum veritatis lumen auide versans. Secundo: qualis angelus: idest intellectus purus: infuso iam veritatis lumine gaudens. Tertio: quando animus ipse tanquam angelus pleno veritatis gaudebit: lumine: deum esse persentiet: tum veritatem ipsam seipsa lucentem: atqz gaudentem: tum ipsam lucem veritate gaudentem propria: tum ipsum gaudium veritate propria lucens. Esse vero plebeorum errorem a corporea consuetudine natum nosse incipiemus aliquantum: si saltem contrariam illius educationem aliquam cogitemus: qualem in sexto naturalium excogitat Auicenna. Creetur a deo homo aliquis subito inquit Auicenna in etate perfecta constitutus. Sed ita dispositus: vt nihil per aliquem quinqz sensuum apprehendat. Sic affecti hominis mens aliquid cogitabit: cum sit in etate adulta: in qua corporis fabrica intelligentiam non perturbat: neque sit ad opera sensuum occupatus: que mentis operationem impediunt. Ac etiam adhit aliquid: quod possit intelligi. Adest enim ipsa anime substantia menti. Adhuc igitur a nullo turbata presentem sibi anime substantiam cogitabit. At qualem cogitabit? Num coloratam? longam? aut amplam? Minime. Cecus enim similia nō apprehendit. Num sonantem: vel bene olentem: atqz similia? Neqz ista quidem. Nondum enim talia quedam per sensus accepit: vt possit talem naturam anime assignare. Igitur nihil poterit corporale anima illa sibi tribuere. Quid tandem de seipsa asseuerabit? Profecto id saltem: quod sibi primo offeretur intuitu. Est aūt hoc ipsius essentia. Quapropter affirmabit: esse seipsam: neque tamen corporale quicquam in seipsa perspiciet. Itaqz affirmabit: esse se prorsus incorporalem. Neqz fingere quidem poterit: esse se corpus: sicut plebis anime nunc aliter create: atqz educate nequeunt seipsas incorporales considerare. Quod siquis dixerit: animam illam nihil de seipsa affirmare horum corporum: que per quinqz sensus accipimus sed aliud quiddam corpus diuerse nature. Vanum hoc nimium. Nam si ne nunc qdez cuz tot varia corpora perceperimus possumus noui aliquid machinari: quod non vel in his insit: vel ex his saltem aut componatur: aut eliciatur: quomodo in eo statu horum corporum ignarus posset animus noui corporis naturaz effingere? Ac etiam si possibile esset: eam aliquod sui corporis membrum excogitare: illud nullo modo putaret ad propriam substantiam pertinere. Affirmabit igitur animus ille de seipso esse: tamen corporeum aliquid non affirmabit. Diuersa vero inter se sunt duo hec. Id quod affirmatur: et id quod minime affirmatur. Igitur essentia animi in ea consideratione erit aliqd preter corpus. Judicium vero considerationis illius ideo verum fore putamus: qz meram prorsus naturam anime sequetur: non imagines acceptas extrinsecus. Esset ergo iudicium naturale admodum ideoqz verissimum. Itaqz si deinde expergiscatur: vt nos nunc: et sentiat: non erit: vt nos ad inquisitionem spiritaliū ineptissimus: sed viam aliquam habebit commodiorem: per quam ita quandoqz ad sui ipsius considerationem se comparet: vt p nūciet: se esse aliquid preter corpus. Quam quidem via carent nūc anime misere: que per naturam et sensus corpora tum ꝓpria: tum aliena prius attigerunt quam seipsas considerarent. Unde miserabilis ille profectus est error: vt nequeat seipsas seorsuz a labe corporis peruidere. Hactenus educationem fictam ab Auicenna narrauisse sufficiat. Deinceps qualem Plato noster educationem in septimo de repub. libro describit breuiter perstringamus. Finge inquit quandam sub terra speluncam. In ea homines nutritos a pueritia: ita ceruicem et manus a tergo: pedesqz colū-

nis quibusdam alligatos: vt neq; moueri vsquam: neq; alia: nisi que e conspectu im posita spelunce parte apparēt aspicere pos sint. ¶Post terguz vero superne lampas ac censa sit: atq; inter lampadē ꝛ illos: qui li gati sunt: aly multi deambulent: loquan/ turq; inuicem ferentes nunibus varia ar borum: animaliumq; simulacra. Qui igi/ tur ita vincti sunt: nunquam re vera vel seipsos: vel alia eorum: que narrauimus: vlla videbunt: sed solas vel sui vmbras: vel aliorum: que propter ignez a tergo ac/ censum tantum ante suos oculos in ad/ uersam partez spelunce resultant. Quam obrem nihil aliud aut se esse quam sui vm bras: aut alia aliud esse quam vmbras illo rum existimabunt: aut lumen ipsum esse aliud quam exiguum illud: quod ibi refle xum apparet: opinabuntur. Si quis autē horum qui vincti sunt forte soluatur: subi toq; lampadem ꝛ alia sub illa: que sequun tur a tergo retro versus intueri cogatur: caligabit protinus: ꝛ dolebit: ac propter splendorem intueri non poterit illa: quo/ rum vmbras pauloante cernebat. ¶Mul/ toq; magis id illi malum cōtinget: si a spe lunca sursum ad celeste: diurnumq; lumē repente trahatur. Quare non subito: sed paulatim cōuenientibus gradibus ab vm bris rerum ad res ipsas. Item a luminis imagine ad lumen ipsum est perducēdus ita vt que i spelunca sunt apud illos: ꝑ nus illic in aqua videat quam ibidez in seipsis inspiciat. Rursus que extra spelūcā apud nos sunt: primo nocte hic ad lunā i aqua similiter: deinde in seipsis terrena hec: si/ militerq; in celo celestia nocte itidem so/ lum intueatur. ¶Postea vero die tam solez ipsum quam que sub sole videntur: prius in aqua: post in seipsis illa: demum solem in celo suspiciat. Hac potissimum ratio/ ne singula sincere: facileq; discernet: atq; existimabit se cecum deceptum: miserum eq; fuisse: quando sub specu vinctus exi/ guis rerum vmbris fuerat occupatus.

C ¶Proinde que comparatio est spelunce il

liue ad hunc mundum: quem visibilem nominamus: eadem ferme mundi huius ad illum: quem inuisibilem: diuinumq; vocamus. Siquidem hic anime misere moribundi corporis clause tenebre: ꝛ car cere ceco: neq; seipsas vnquam: neq; alia vlla re vera: neque verum solem: immo sui: aliorumq; vmbras: ꝛ exilem quandā veri solis imaginem intuentur. Vere.n. mentes: vere res queq; verus sol in mun do solum sunt inuisibili: que si absq; con gruis educationis: disciplinarumq; gradi bus repente intueri conemur: caligamus protinus: ꝛ dolemus. Conuenientibus vero tum morum: tum doctrinarum: tū tempore perducti gradibus: sincere di/ scernimus: iudicamusq; cecos illos ꝛ mi/ seros qui falsis mundi huius vmbris ima ginibusq; falluntur: occupantur: atq; pre muntur. Verumtamen quando animus ab immenso inuisibilis mundi lumine in corpus obscurum regendum: mouen/ dumq; descendit: nouis sueq; nature con trarys obrutus tenebris: cecutire diu: ꝛ titubare compellitur. Adde ꝛ propter re pentinam: maximamq; in deterius mu / mutationez diu cogitur egrotare: atq; ser me sic affici: vt il: q ꝓp phreneſiz vel som nū: vel ebrietatē falsis imaginibus illudū tur: atq; vexant. Aut certe nō aliter se hīe q̄ſ figo a solis lumine in cauernā illā: quaz descripsimus: repente precipitet. Adeo.n. nouis tenebris offundet: vt aut nullo mō aut vix tandē sub exiguo illo cauerne lu/ mine vmbras illas tm: quas narrauimus discernere possit. ¶Preterea ob subitā illaz ꝛ in peius mutationē i morbos tā sensus q̄ſ corpis varios incidet. ¶Hec a ¶Platone in lib. de repub. septimo. Sz redeamus tā dē ad ea q̄ ab initio statueramus. Emergi D te obsecro mortalū aie nunc imerse corpi bus: nām vestrā supra corpis fines stati re pietis. Corpus sigdem longū est: latū atq; ꝓfundū. Qui vo nullū corpus ē infinitū. Ideoq; finē hz ꝓfunditatis: finit in supfi cie nō ꝓfundā. ¶Hēc tā superficie longā q/

dem:z latam:sicut corpus:sed profundi/
tate carentem:atq; ex vna hac parte sur/
gentem ad incorporea. Superficiei quoq;
latitudo finita ad longam lineā terminat
neq; profundam:neq; latam. Habetis li/
neam duabus ptibus ad spiritum accedē
tem. Sed hec ipsa linee longitudo q; fini
ta est:ad pūctum ducitur:nō pfunditate
solum:z latitudine priuatum:sed etiaz lō
gitudine. Habetis punctū tribus ptibus
ad naturaz vergēs incorporalē. Sed hoc
quoniam linee terminus est:ideo certuz
habet situm in corpore:neq; iplet totum:
neq; viuificat. Separate si placet ipsum a
linea. Pōt aūt cogitatione saltem a linea
separari:quod est linee terminus:z prius
in seipso est quodāmodo q; terminet li/
neam. Quod autem prius est:licet ab eo:
quod est posterius:separare. Habetis pū/
ctum quodāmodo.i.cogitatione solutuz
a linea quarto iam gradu discedens a cor
pore. In hac ipsa solutione assequitur:vt
omnes partes corporis eque respiciat.
Fundatur per omnea:z moueat:hic irra
tionalis aia sedem habet. Et quoniam ra
tionalis cogitatio non fallit ascendendo;
ideo sicut inuenit punctum a corpore co/
gitatione liberū:sic re vera inueniet pun
ctuz.i.indiuiduum aliqd re ipsa solutuz a
corpore. Quod nō modo impleat corpus
z moueat:sed ipsum libere moueat:z tol
latur ad supera:quod iam vnitatis nomi
ne appellat. Hic aia viget rōnalis; quin/
to gradu a mole corporis aliena. Si tāto
qd ipurius est:quāto eget:patiturq; ma/
gis:corpus ipurius est q; superficies. Plu/
ribus enim ad hoc:vt sit:dimensionibus
eget:atq; ex ptibus diuidit pluribus. Su
perficies simili rōne cedit linee:linea pū/
cto:punctum deniq; vnitati:que neq; di
mensionibus indiget:neq; situ. Si hoc:um
pfectissima substātialis vnitas est:z q; p/
fectissima:ideo potētissima:z verissima
atq; hec sunt aliqd:existuntq;:quis nega
uerit vere existere vnitatē? Ergo qd phi
bet aiam esse aliquid:z id quidem virtu

te magnum:licet non sit magnum aliqd
quātitate? Agite igneaz formā:que in cor
pore vestro tricubito tricubita est:colligi
te totam in cordis centrū. Nunc tantū vir
tute crescat:quantum creuerit vnione.
Nō aliter ac solis radij in concaui eneiq;
speculi collecti cētro:qui vsq; adeo robo/
rant:vt inde resilientes durissima queq;
accēdant subito:atq; cōsumāt. Subtrahi
te portiunculam illam cordis:qua forma
ignis illa deprimit. Restet forma indiui/
dua:agilis:calēs:lucens:z aliter q; prius
z mirabilius. Quia indiuidua:agilisq; est
secundū se totā:corpus totum eque collu
stret. Quia feruet incredibiliter:vitalis
sit:atq; viuifica. Quia mirifice fulget:sen
tiat. Intelligat insup si reflectit in seipsaz:
sursumq; attollit. Hactenus p ea:que tā/
guntur:pedetentim pgredientes inueni/
stis aiam:quādo a solido corpore ad quid
dā quasi pūctum omnino liberū, pcessi/
stis. Rursus per ea:que cernunt oculis
aiam persecutemini. Cur queso diffiditis
esse spiritale aliquid in natura? cum ipsis
et oculis spiritum quodammodo videa/
tis? Scitis lumen id solis oculo manife/
stum:ideo corpus nō esse:q; momento se
fundit in omnia. Infusum nō frāgit cor/
pora:nec inficit. Ecce videtis spiritum.
Quid negatis? An fortitan illum negabi
tis esse:que nō cernitis? Si ita est:speras
aerie:igniq;:z celi aqua:z terra prestātio
res:q; non videantur:nihil esse dicetis.
Itaq; pars maxima:z prestātissima mun
di:q; non sit visibilis:nihil erit. Sed re/
deamus ad lumen. Ita lumen esse nega/
bitis in spera ignis:quoniaz oculis nō p/
spicitur. Sed z ipse solis fulgor:etiam si
non videretur existeret:quandoquidem
existit nunc:z nō videtur a noctuis:atq;
ipsius splēdor aliquis mixtus vaporibus
porro q; ipse vr a nobis:sed ipm esse alicu
bi ex hoc eius splendore conijcimus. Sic
et inesse lumen celestibus aīs spiritale
ex ipso siderum lumine:quod illius ima/
go est:cōiectamur. An nescitis lucis actū

nihil

nihil esse aliud quā lucere? Ac tanto clarius rutilare: quanto longius a crassis corpibus segregatur. Secernite ipsam ab omni materia mirabilius rutilabit. Viuet qdez tunc maxime: si quādo victura sit. Ubi n. crescit actus: auget ꝛ vita. Presertim cuz p eius calorem hec omnia viuāt. Sentiet quoq; (vt ita dixerim) quando p eius radios hec omnia sentiunt. Ipsa tamen minime sentietur. Nam ꝛ tenuitate subterfuget aciem oculorum: ꝛ vbertate fulgoris intelligibilis superabit. terreni visus capacitatem. Satis in sperio elementoꝝ ignē infimum vsq; adeo ad naturam suprēmi aeris declinare: aerem vero contra supremum ita ad ignem illum attolli: vt ꝛ ignis ille nihil ferme aliud videatur eē q̄z tenuis aer: ꝛ aer ille crassior ignis. Adeo vt quicūq; aerē illū cernit: vidisse se ignē possit absq; mendacio affirmare. Eadem comparatio est mentis infime: qualis est anima rationalis ad sublime corpus: q̄ est celū. Ergo ꝛ anima quodāmodo est tenue celum: ꝛ celū est crassior anima. Et q celum suspicit: p̄spicit animam. Cogitate punctum aliquod geometricū: q̄ quia eq; respicit quālibet loci partem circūdatis ipsum: si quādo mouetur: p quamlibet mouet in vbez. Unde quod erat punctū circūferentia videt euadere. Ubi sane circūferentia est punctum circūcurrens: ꝛ uo lutūq; forās. Punctum vero est circūferētia stabili quodam cardine conuoluta. Cogitate rursus scintillam quandam luminis inuisibilis: que quoniā sup omnem existit locum: eq; in ptem loci quālibet sese fundat: ac dum mouetur in girum: flāmeus orbis euadat. Orbis inquam oculis manifestus. Ubi scintilla est flamma compressa. Flāma est scintilla profusa. Scintilla huiusmodi anima est. Flāma corpus ethereuz. Et quanta est in animabus rationalibus varietas luminis spiritalis: tanta est in p̄prijs earum celestibusq; corpibus visibilis luminis varietas. Atq; id lumen ita lucez sequitur spiritalē: vt lune lucem pallidus orbis in nubibus. Ea vero est inter rationales animas differentia: q̄ anime fixarum stellarū: planetarūq; solum lucido corpore circundantur: cetere corporibus geminis: lucido: ꝛ opaco: aut certe altero lucidissimo altero minus lucido. Ladē quasi lux esse videtur: que dum scintilla manet: sentit quidem: sed non sentitur. Cum vero explicat in flāmam: sentitur iam: sed ipsa nil sentit amplius: ꝛ sicut sensu careret quicunq; flāmam videns scintillam se videre negaret: ita carebit anima: qui duz globos ethereos suspicit: quasi quosdam circuitus animarū animas inesse illis quasi centra non senserit. Neq; cōcesserit animas esse globos luminū implicatos. Globos autem esse animas explicatas. Quod ita significauit Heraclitus. αυγη ξηρη ψυχη σοφωτατη. i. lux sicca anima sapientissima. Hinc efficitur vt nihil animo aut gratius: aut mirabilius sit quam lumen. Neq; possit alibi quam in lumine spirituum habitare: dum colit terras. Jaz igitur: ꝛ hic inueniste animam esse tanquaz lucem inuisibilem: viuificam: sentientem intelligibilem: intelligentem. Et paulonte tanq; punctum a corpore liberum: agile per seipsum: calens: viuificum: sentiens capax superiorum: quod substantialis quedam vnitas appellatur. Atq; hec prima q̄dam excursio sit: ꝛ quasi preludium: quo misselix diffidentia illa tollatur: que longissime a spiritaliū confessione abducit animos plebeorum.

¶ Anima non est corpus: aut formā diuisa in corpore: vt ostenditur per virtutem anime naturalem. Cap. iij.

Propositę questionis ordo requirit vt in prima sequentis disputationis parte ostendamus: per virtutez anime naturalem hominis animā potissimū q̄dem non esse corpus: partim etiam nō esse formā diuisam in corpe. In secunda pte per virtutem sentiendi monstremus idem. s. animā esse formā indiuisibilez: ac insuper illud adjciamus: eam videlicet nō alicui

corporis membro affigi: sed totam p singula fundi. In tertia vero parte per virtutem intelligendi eadem confirmemus: scilicet eam esse formam impartibilem vbiq; totam: & illud adyciamus q̄ nullā trahat origine a materia. Sic enim anima hominis ad tertiam illam essentiam: que est perpetua: pertinebit: & imortalis merito iudicabitur. Jam vero primaꝫ disputationis partem diuino numine inuocato in hunc modum aggrediamur.

¶ Prima rō: qz aia est principiū nutriendi: & quodocūq; aliter operādi. Cap. iiij.

Animantes. & plante virentes corpora sunt. Corpora etiam sunt ligna & sara ex terra conuulsa. Corpora illa coalescunt. Nec vero nequaquam. Quid autem est in illis principium alimenti: non materia corporalis: quōniam alia etiaꝫ corpora nutrirentur: quibus talis materia est communis. Cum ergo vis illa: per quam adolescunt: aliud quiddam sit preter materiā corporalem: & illa non sit aliud quam anima nutritiua: sequitur vt talis anima nō sit corpus. Siquis dī obiecerit ita. Jmmo vero est corpus: nō corpus quodlibet: sed tale quiddam: & sic affectum: qualis natura plantis: & animantis propria sit. Sarisq; vero & lignis aridis nō cōmunis. Quere mus ab illo de huiusmodi tali certoq; corpore: quod vocat animam: vtruꝫ duo quedam in se contineat corporalez scilicet molem: atq; insuper certam quandā affectionem: per quam tale vocatur: & certum sit propriumq; corpus: an nihil habeat vltra materiam corporibus oībus vbiq; cōmunem. Si nihil respondeatur habere preter communez hanc molem. Vana fuerat minimum obiectio illa: per quam dicebatur: non quodlibet corpus esse animam: sed corpus tale: & certo modo dispositum: Nō .n. fit corpus tale: & certo mō dispositum nisi per qualitatē ipsam: & propriam quandam affectionem ipsi corpori superadditā per quam non modo fit corpus: sed & tale per quam etiam a quolibet alio differat corpore. Itaq; si nihil aliud est ibi preter molem solam: communemq; corporis: cū illa etiā aridis lignis insit: & saxis: hec quoq; habebunt animam per quam alentur. Quod quia falsum esse constat: necessariū est corpus illud tale: qđ aduersarius animam appellabat: non materiam corporis solam: sed qualitatem etiam siue formam aliquā continere. Atq; illud non propter materiam ipsam corporis anima nominatur: quia materia omnibus etiam vita carentibus corporibus competit. Restat vt propter formam. Formam inquam vitificam. Jd enim est anime proprium. Formā ipsam vitificam vocabimus animā. Ad tertiam vero illaꝫ cui adiuncta est: q; inde vite fit particeps: neq; animam: neq; animē partem: sed animatum quiddam esse dicemus. Presens autem ratio maxime p eam sententiam confirmatur: quam induximus a principio: quando differebamus corpus ex se agere nihil posse. Quippe cū videamus anima corporibus accedentes multas inde operationes proficisci: que & ante anime accessum: & post eius discessuꝫ minime fiunt. Quapropter animam: que huiusmodi operationuꝫ principiū est corpus non esse concludimus.

¶ Secunda ratio. Neq; corpus animatū est: neq; inanimatum. Cap. v.

Quale corpus esse vis animam? animatuꝫ ne: an inanime? Jnanime nō dices: quod alteri vitam tribuit animalē. Quomodo enim si anima in anime corpus sit: viuificat corpora? Neq; animatuꝫ corpus eam potes dicere. Quia si anima animatum corpus dicatur: certe illud corpus: post quam animatū dicitur: per aliā animam dicitur animatuꝫ. De illa anima rursus interrogo: corpus ne sit: an non? Si corpus vtq; animatū: vel inanime. Si inanime rīdes absurdū quidem. Si animatum iterum de anima illa queram: per q̄z vī aiatū. Atq; p̄cedere cogeris i infinitū: q̄ d̄u corpus esse aiam asseres. Ac semper rīdere cōpelleris absurde. Vtraq; .n.

ñño delira vr: tũ aiam esse alaram: tuz in
animã: quẽ admodũ de sapientia: tũ esse il
lã sapientẽ: tũ ẽr insipientẽ. Aut de lumi
tũ esse illud illuminatũ: unũ obscurũ. Si
cut. n. neq; obscurũ est lumen: qđ alia illu
strat: neq; ab alio illuminatum: quod ipm
est primũ lumen: sic aia neq; est inanimis:
q; dat vitã: neq; ẽr p aliud animata: cum
ipsa illud ꝓprie sit: p quod re vera quodli
bet animat. Ac si ad aliud illã retuleris: p
quod anime t: ego similiter illud aliud rur
sus ad aliud referã: aliudq; rursus ad alid
neq; cessabo; vnq; aut si cessabo: t eo ipso
certe quiescam: vt dicã: ouꝫ illud ipsuz q
primo ponebat: aut aliqđ sequẽs neq; ani
matũ: neq; viuificanz esse ab aliquo: sed
ipsum ꝓprie p se esse: quod animat aliud:
atq; viuificat. Tale quiddã aiam: t vitã p
prie nõ quod vis aliud appellabo. Tu for
sitan: vt infinitũ illũ ꝓgressum: t respon
siones deliras iam denuo: t in aiam cor
pus esse asseras: inferes eam esse corpus:
non quidẽ animatũ: sed corpus animale:
nõ viuificatũ: sed viuens. Si ita est revol
uerio eodẽ. Equidẽ ꝓcontabor: vtrum il
lud ea ratiõe: qua corpus est: anima sit: an
alia quadã rõne noue alicuius additiõis:
p quã aiale dicatur: t viuens. Certe nõ ea
rõne qua corpus. Omnia siquidẽ corpo
ra essent aie: ac vite opatiõẽ ꝓse ferrẽt.
Sequit vt alia quedã illic sit natura pre
ter corporis rõnem: p quã aiale corpus il
lud: viuensq; dicatur. Illã ego vitã ꝓprie
t animam nuncupabo.

¶ Tertia ratio. Neq; crassum corpus ẽ:
neq; subtile.

NUnquid crassum corpus est anima
Puta vel aqua: vel terra: atq; simu
lis? An potius subtile: rarumq;? vt ignis
t aer? Primum dici non potest. Quoniã
anime officiuz est: penetrare facillime cor
pora: implere: t mouere. Huic operationi
crassa corpora sunt ineptissima. Secun
dum vero illud esse fortasse videbitur pro
babilius: vt raruz sit corpus aia: vt ignis
aut aer: Verũ si ignis dicat ẽr: vtrũ ignis
esse: qua ratione ignis: anima est? aut qua
dam: alia ratione? Si qua ratione ignis ẽr
esse dicatur anima: profecto quilibet ignis
anima erit: t omnia ignita viuentia. Igit
alia ratione. Ita de aere pertinendum:
concludendumq; animam semper esse vl
tra naturam corporis requirendã. Neq;
adducat quisquam quinꝫ um aliquod: te
nuissimumq; corpusculum: preter quat
tuor elementa: quod crassioribus infusuz
corporibus illorum sit aie. Cadẽ nẽq; redi
bit questio: vtrũ corpusculũ illud p mate
riã sua sit aia: an per vim aliq; materie su
peraddite. Si primũ del: oia corpa erunt
anime: q; omnibus subest materia. Si secun
dum: assecuti erimus iam quod cupimus
vt aia sit ad aliquam vim quodãmodo in
corpoream referẽda. Afferunt hic a nõnul
lis breues quedã ꝓsuasiones huiusmodi.
Si anima dicat esse diuisibile queriꝫ nũ
quid ptes eius viuant vt totũ: nec ne. Si
viuunt: tota anima in singulis est suis par
ticulis. Quo fit: vt non egeat quantitate:
quãdoqdem per diuisionẽ nõ diminuiꝫ.
Si non viuunt ex nõ viuentibus vita cõ
fiet: quod est impossibile. Rursus omne
corpus sicut quinq; sensuum innotescere
potest aia nulli. Omne corpus figura ali
qua vel termino circũscribit: anima min
me. Omne corpus operationẽ suaz necessa
rio peragit ꝛpis intervallis. Cum. n. diuisi
bile sit in essentia: multomagis in actiõe.
Anima se pe momento ꝛpis opatur. Cor
pus p ꝯtatem potius quã per essentiaz
est in loco. q; pp ꝯtatẽ iplet locũ. Aia p
essentiã adest corpi. Ur. n. adest illi: dat illi
esse. Esse per essentiam dat: sicut p sapien
tiam sapere: adest igitur per essentiã. Cor
pus: ita in alio est: vt contineat ab eo: in
quo ponitur: atq; excedatur. Anima in
corpore est non comprehensa: sed compre
hendens. Ipsa enim corpus perficit: cõti
net atq; ducit. Aia denigz quolibet corpe:
t toto corpore prestãtior est. Quare linea
punctisq; que in corporibus sunt: vt in sub
iecto est prestantior. Indiuisibile diuisibili

excellentius est. Animus igitur magis indiuisibilis est quam aut linea aut punctū.

¶ Quarta ratio corpus ex materia ⁊ forma componitur. Cap. vij.

A Corpus naturale ex materia ⁊ forma componit. Animal est naturale corpus. Materia itaq; in eo est: ⁊ forma. Constat autem ex anima atq; corpe. Corpus qdem non est forma naturalis: qz forma naturalis alicuius est forma: ⁊ i aliquo est tanq; subiecto quodam: atq; formato. Corpus aūt nullius forma est: neq; in aliquo est subiecto: sed loco: restat vt anima forma sit: ob hoc potissimum: qđ est principium: internū q; operationū: motionūq; principium. Immo etiam essendi principium est animali. Totum hoc ad formam spectat. Est igitur anima forma. Quod si ipsa quoq; esset corpus: opus esset adhuc alia quadam forma tam anime quam corpori: p quam ambo simul vnuz animal vocarent. Quam quidem formam aliaz propriius animaz vocaremus. Nam p animā quasi per formam corpus: qđ ante potētia quadam est viuens: actu fit viuens: ⁊ animal actu. B Anima igitur solum est forma. Presertim qz si duas haberet partes: materiam. s. atq; formam: tria sequerentur absurda. Primum qp non secundum se totū formaret corpus: qz nō formaret ipsuz per partem eius: que est materia. Oportet nī ppriam formam ām totam sui essentiam totam perficere materiam ppriam. Secūdum quod pars illa anime: que forma dicitur: duarum materiarum rationis eiusdē pfectio foret: qđ natura non patitur: sicut neq; patitur formas duas rationis eiusdē eandem formare materiā. Tertiō: quoniaz anima in corpore hec inferiora cōmutaret atq; vicissim: si cōmunē cum iis materiam possideret. Quod ideo nepyas est: quia si fiat corporū: animarumq; mutua cōmutatio: multomagis fiet quarūlibet animarū in quaslibet animas trāsmutatio rursusq; quorumlibet corporum in corpora quelibet. Sit igitur anima solum forma. Forma inquam non accidentalis: sed substantialis. Nam cuz anima ipsa sit rectrix: motrixq; corporis. ita vt cōtineat ipsum fiatq; C torqueat corpore prestantior est. Corpus substantia est. Nullum vero accidens nobilius est substantia. Rursus motor: quantum est principium motionis: nō pendet secundum esse suum ex eo quod mouet. Igitur anima ipsa: que re vera est motrix corporis a corpore non dependet: quasi pedissequa corporis. Ita non est corporis accidens. Preterea: quicqd vicissim opposita suscipit: atq; ipsum interim permanet idem substantia est: anima vuz pmanet eadem: recipit tum opinionem hanc: tuz illam inter se contrarias: tum scientiam: tū ignorantiam: ⁊ repugnates affectus. Anima igitur est substantia. Substantia inq;: vt forma quedam substantialis. Forma aūt nō est corpus: qz omne corpus forma aliqua designatur. Forma vero: qua ratione forma est. formari non potest. Hinc fit: vt anima non sit corpus. Missas facio in presentia rationes: quibus ostenditur: animā nostram accidens esse nō posse: quia si necessitate quadam hereret subiecto: nō posset illi repugnare: neq; in se vnq; reflecteretur: neq; super accidentiū genus ad substantie genus ascenderet: ipsum ve ppriē diffiniret: vel discernere posset ab accidē tibus: vel quanto interuallo accidētia superat rite metiri.

¶ Quinta ratio. Corpus natura sua dispersum est. Cap. viij.

D Corpus natura sua dispersuz est penitus. Primo qz distantiam partiū paturat: ita vt semper in alio loco sit alia. Secundo: quia continue transmutatur. Naz si subiceitur tempori: sicut varia momenta succedūt in tempore sic affectiōes momētis singulis variant in corpe. Que quidem varietas cum fiat in celis: multo magis fit raptu celorum in elemētis. Tertio: quia contraria subiacent qualitatibus caloris ⁊ frigoris ⁊ similibus. Unde fit: vt contra naturam corporis sit: coire in vnū

manere simile: & sibiipsi constare. Extéso nam q̄ ipsa quantitatis partes cōporis di functas manere compellit. Motus perē nis cogit mutare naturam: neq̄ sua simul habere: sed aliud amittere: querere aliud. Qualitatum contrarietas impellit: vt al/tera fugiat alteram: per quam fugam cor/pus ipsum compositum dissipatur. Quā uis autem per hec appareat: corpus natu/ra sua nullo modo posse firmiter in vnita te cōsistere: tamen corpus quodlibet ali/quo modo in suis partibus nectitur: cun/ctis in vnam totius corporis copulam cō spirantibus. Est igitur in corpore aliquid vltra corporis naturam: quod ipsuz vnit: sistit & continet. Unit inq̄ distantiam par tium. Sistit fluxum perēnez. Continet in uicem per suam simplicem consonantiam dissonas corpis qualitates. Quid hoc est? corpus ne. Si corpus é: eget similiter alio connectente. Quid aliud illud? Num cor pus? Si corpus eget & alio. Quo circa fa/tendum est: nullam esse posse in corpo/ribus vnitatem: nullam constantiam: nullā ve concordiaz: nisi illis insit vis aliqua in corporea. Ergo si & anima corpus dicatur esse: eget ipsa etiam aliqua copula. Cum autem huiusmodi copulantez nos animā vel virtutem anime potius quam illud co pulatum asseuerabimus? Cuz videamus esse anime propriuz humore contrarios membra q̄ diuersa in vnam animalis com pagem deuincire: qua abeunte diffluunt omnia. Igit aia neq̄ est corpus: sed copu la corporis intima: vel substantia copula/trix. Neq̄ forma diuisa per corpus. Talis enim forma vt Platonici putant: simpli/citatis: & constantie naturam amittit i cor pore. Unde ipsa eque vt corpus eget alio cotinente: quod vnum in seipso consistat: ad diuisionez corporis minime dissipatū. Si quis autem querat vnde saxa: & ligna sortiuntur suarum partium vnionem: re/spondebūt Platonici. Illa quamdiu affi gūtur terre: ab anima terre sortiri: & vnio/nem: & augumentuz. Postquā vero anul sa sunt: non augumentum amplius: sed vnionem.

¶ Sexta ratio. Duo corpora non sunt in eodem loco. Cap. ix.

Duo corpora in eodem loco penitus inuicem equari non possunt. Nam si eodē in loco penitus esse debrant opor/tet illa prius in partes diuidi. Deinde partes suas vicissiz partibus iūgere. Que quidem partes si indiuisibiles sunt: iam corpora illa in indiuidua resoluta sunt. Et quoniā ex isdem composita fuerant: neq̄ dissoluuntur: sequitur vt ex indiuiduis q̄ busdam corporis magnitudo cōcreuerit. Quod ideo fieri non potuit: quia indiui/dua congregata simul nunquaz conficiūt magnitudinem. Sin autem partes ille di uisibiles fuerunt: quelibet p se erit corpus: ac si tum propriū seorsum habebit ab alia. itaq̄ non erunt corpora duo in loco vno: immo in multis locutis multa corpuscu/la. Si ergo corpora duo eodē in loco equa ri inuicem nequeunt: anima que corpori viuo se se vbiq̄ infundit: & p omnia se por rigit corporis puncta: nō est corpus. Qō autem vbiq̄ in corpore sit: ex eo in presen tia patet: quod nihil magis intrinsecum essentie est quam esse. Idcoq̄ forma: p q̄ esse substantiale tribuitur tuz corpori toti tum partibus toti: partibusq̄ est intima. Et quia sicut res se habet ad esse: sic & ad vnum: aia: que per se dat esse: per se absq̄ medio vnitur corpori vniuerso. Quod āt esse substantiale tribuat: inde patet: quod ea sublata: omnia membra mutant speciē: Quoniam vero ab essentia fluit esse a vir tute operatio: anima: que singulis mēbris esse: opationēq̄ largitur: singulis quoq̄ essentiam suam: virtutēq̄ cōicat. Ira eniz esse opationēq̄ p̄stat: sicut vnitur. Quare si illa p̄stat singulis: vnitur & singulis. Nō ne si corpus quodlibet naturale carēo ala vnū quiddā est p formā vnā in toto: & pti bus existentē: multomagis animatuz cor/pus vnū erit p aiam toti: ptibusq̄ p̄ntez. Quod si aia in vno soluz mēbro sit illius

solius erit forma. Reliquoꝝ alie erunt formē: vnde nō cōficietur ex membris oībus naturale corpus re vera vnū: sed cōgregatum quiddā. tanqꝫ domus ex parietibus. Neqꝫ erit in qualibet alalis parte consensio ⁊ concordia ad quālibet: qualis modo est: nisi per vnam aiam varia membra conglutinentur: Sicut neqꝫ ad tractuꝫ nerui omnes articuli contrahunt: nisi idem sit neruus in oībus. Adde: qꝫ in quauis quātūcunqꝫ minima corporis portiuncula inest vita: ⁊ i plurimis motus: ⁊ sensus. Hec anime vires: operationesqꝫ intime sunt. Vis actioqꝫ agenti alicui intima fine agentis substantia non existit. In illis ergo est aia: si in illis viget: ⁊ agit. Que quādo suo modo mouetur: corpus non dissipat: qꝫ non fit dolor: aliqꝫ ex anime motu per corpus. Fieret aūt ppetuus in corpore dolor: si ad motū anime ptes eius dissiparent: ⁊ turbarent. Dissiparent āt proculdubio: si aia esset corpus: cum ipsa per corpus suo quodā motu perpetuo moueatur. Quonam pacto anima corpus erit: que est vbiqꝫ per corpus: ⁊ sine vlla corpis offensione totuꝫ vndiqꝫ implet: ⁊ penetrat? Porro si solidum corpus esset: vel totum corpus non impleret: neqꝫ viueret inde totū: vel si impleret: penetrādo frangeret: frangeretqꝫ: ⁊ dolor in nobis ppetuus pueniret. Sinaūt corpus esset fluxū: ⁊ labile: aia corpus animātis neqꝫ deuinciret: neqꝫ firmiter solidaret: sed ⁊ ipsa alio quodā vinculo: vt supra diximus indigere: cuius stabilitate firmaret: regeretqꝫ: ⁊ moueret. Illud vero vinculuꝫ libentius aiam: imo virtuteꝫ aie appellabimus. Siqdē aie virtus in corpe idē ferme est: qꝺ vel coaguli virtus in lacte: qꝺ inde coagulat. Vel vis magnetis i ferro: quod inde trahitur ⁊ suspenditur: Vel temperatio artis in horologio: quod in ordine mirabili regitur: mouetur: ⁊ sonat. Ipsa vero anima non est virtus: temperatio ve humorum. Sed forma q̄dam substātialis: simplex: indiuisibilis: que virtute: ⁊ arte naturali spiritus humores: mébriaqꝫ temperat.

¶ Septima ratio. Corpus non est simul totum in pluribus. Cap. x.

Neqꝫ corpora: neqꝫ forme diuise per corpora possunt omnino esse simul in pluribus partibus: aut locis. Vis seminaria tota est in qualibet pticula seminis. In quot enim particulas semen diuidit: totidem animalia oriūtur: quod maxime in piscium ouis apparet. Si ex quacunqꝫ guttula seminis totum pullulat animal: tota illic delitescit seminaria virtus. Hec vero est anime instrumentuꝫ generationi subseruiens. Quapropter multomagis tota anima est in qualibet seminis: corpisqꝫ particula. Postquam tota est in singulis anime virtus: nōne virtus vegetatrix tota est in quolibet plante semine? cum plantam integram producat ex quolibet. Vegetatiua quoqꝫ anima exigua primū radice: vel germine capitur: deinde crescente arbore per omnes se fundit ramos. Siccatis deniqꝫ ramis: vel amputatis: rursus se se contrahit in radicem. Hanc animam q̄ntitate carere Plotinus: Porphyriusqꝫ existimant: que eque clauditur minimis: implet amplissima.

¶ Octaua ratio. Anima ē vite: aut fons vite. Cap. xj.

Animam esse putamus naturā quādam: que aut vita quedaꝫ sit: aut vitam: ceu comitem habeat: ⁊ pedissequā: Postquam corpora vitam per animā sortiuntur. Corpus necessario in plures partes diuidit. Naꝫ corpus aliud est pluribus elementis compositum. Aliud elementuꝫ ex elementis aliis minime congregatum: sed ex forma ⁊ materia constitutum. Si animam esse corpus constructum ex pluribus elementis scisciabimur nunquid illa elemēta quelibet per se seorsum ab aliis vitam habeant: aut nulla: sed congregata simul vitam pariant: aut vnum quiddam illorum possideat vitam. Si quodlibet illorū per se habet vitā: tot ibi sunt anime: quot elemēta. Neqꝫ ibi est anima vna ex

multis conflata partibus: sed ale multe se dem eandem colentes: Si nullum illoꝝ habet vitam. nunc̄ concursu mutuo vitam creabunt. Ac si in eoꝝ concursu vita nascatur: nō quidē ipsorum vi: cuꝝ ipsa vita careant: sed vi potius alicuius cōcursum illuꝝ ordinantis vita illa nascet. Presertim cum sit fatendum: etiam si concursione multoꝝ vita conflet: nō tamen quōcunq; cōcurrant. Verum si certa ratione: viaq; cōcurrant: vitam in illis gigni. Ita illius certe pcursionis intimus ordinator anima ipsa erit: vitam suo modo confluentibus exhibēs. Sin dixeris vnū aliquod e multis elementis habere vitam: illud solūmodo anima ipsa erit: neq; opus erit p̄ter istud alys elementis: vt aia generetur. Quamobrem aia nullo modo putāda est esse corpus ex elementis pluribus constitutū. Sed neq; elementum vnum. Quia elementum quodlibet ex materia ⁊ forma componit. Si istud viueret: nō per materiaꝝ viueret: cū informis materia nequeat vitam: aut alicui: aut sibiipsi prebere. Igit̄ talis viueret per formam. Forma igit̄ eēt anima. Quin etiam si aia est corpus; siue elementum sit: siue simile quiddam: ⁊ seu simplex: seu compositū: certe ita: vt dicam vel similiter erit affectum scilicet caliduꝝ: vel frigidum: siccum: vel humidum: leue vel graue: rarum vel densum. fluxum solidum: album: nigrum: atq; similia. Si calidum calefaciet solum. Si leue alta petet: ⁊ omnino qualecunq; corpus sit: fm naturam propriam operabitur: ⁊ effectum nature sue oppositum nunquam aget. Non enim frigidum calefacit. Est atem cuiuslibet corporis certa ⁊ determinata natura: ac forma: sicut locus terminatus est: ⁊ certum tempus: ⁊ finita potentia. Igitur cuiusq; corporis determinata operatio est: ⁊ ad effectus contrarios non extenditur. Anima vero ad contraria quelibet vim habere videtur. Nam ⁊ in diuersis corporibus animalium: ⁊ in eodem multa inter se efficit repugnātia. Sistit: mouet: cōtrahit: extendit: rarefacit: condensat: acuie obtundit: aperit: claudit: findit: ⁊ solidat. Contrarios odores: sapores: atq; colores: oppositas vires: ⁊ figuras hūoribus: mēbrisq; tradit: leues spiritus deorsum mouet ad pedes: graues humores sursum ducit ad caput. Quod fit contra corporū naturam. Agitat corpus in oēm partem sursum contra grauiū elementoruꝝ ponderā: deorsum contra leuium sublimitatem: in latus: ⁊ in circuitū contra omnem corpis facultatem. Cum ergo omnes ferme effectus inter se contrarios faciat: ⁊ adrepugnantes motus ita sit compos: vt preter corporum ordinem moueat. Quis adeo demens erit: vt aut corpus: aut eius qualitatem: siue qualitatis aliquid esse animaꝝ fateatur.

¶ Nona ratio. Corpus seipsum non mouet. Cap. xij.

QUod vere: ⁊ primo est per seipsum mobile: ita vt ipsum oino idem sit: ⁊ sons ⁊ receptaculū motionis: fm se totum per se mobile debet esse: sicut in ceteris oibus apparet: quecunq; p se: ⁊ primo sic talia quedam dicuntur esse: vel talia: sicut quod ita est clarum: secundum se totum est clarum. Quod ita bonum: totum bonum est. Quod ita intellectum: intellectuale est totum. Nam essentia: que primo effundit qualitatem aliquam: ⁊ amplectitur: suscipitq; primo: q; perfecte agit vtrunq; efficit vtrunq; per totum. Oportet autem in natura reperiri essentiam illo modo per se: siue ex se mobilem: atq; animam esse talem: vt libris superioribus demonstrauimus. Corpus autem etiam si fingatur per se: primoq; esse mobile: nondum tamen secunduꝝ se totum poterit esse tale. Quoniam oportet quamlibet eius partem a seipsa moueri: ⁊ partium partes: atq; particulas. Nā si vna particula sit in corpore: que se non moueat: non erit corpus illud secundum se totuꝝ ex se mobile. Atq; ita nō vere: ⁊ primo erit tale: sed alterius cuiusdam pti

mo talis participatione: atq; phtia. Quare ad hoc vt perfecte per se mobile sit concedendū esset: quaslibet eius pticulas a seipsis moueri. Ille diuidunt in infinitum: vnde innumerabiles erunt ille pticule: q̄ se mouebunt. Quod mouet agit: quod agit existit actu. A Erunt igitur infinite partes in actu sese agitātes: & infiniti: in quo vis corpore mundi motores. Immo vero nō erunt ptes ille alterius corporis: ex eoipso q; actu erunt suo: sed quelibet p se tota cōfiteret: atq; erit infinita quedaz multitudo corpusculoz̄ existens actu. Impossibile ät est talez esse multitudinē in natura. Quoniam igitur nequeunt esse corporis ptes actu infinite. Immo vero neq; actu q̄dez re vera esse omnino: quādo nullus habēt esse propriū: sed sub ipso esse totius compositi continent: sequit: vt ptes corporis sese non moueant: nec pp hoc actu cogantur esse: & actu penitus infinite. Concludamus igitur: corpus non posse vere: primoq; per se mobile esse: cum ipsi fm se totuz id competere nequeat: quādo partes eius assequi id nō valent: vt se moueant. ad idē rursus alia via pgrediamur. Quādo aliquis corpus asserit mouere seipsum ex iis quattuoz vnum aliq̄d potissimū cōpellitur cōfiteri. Aut ptem corpis alterā moueri ab altera: aut totū a pte: aut a toto ptem: aut totuz a toto .i. ab oībus ptibus ptes omnes. Si primū affirmet: cū aliud quiddā sit pars altera: aliud altera: nō idē mouebit seipsum: sed aliud potius aliud. Neq; ex hoc corpus illud cōposituz vere mouebit seipsuz: cū sit ex aliqbus ptibus constitutū: q̄ se nō mouent: sed quo q̄daz habebit in se distincta inuicē: quoz̄ alterz mouebit alterū. Si fm illud diuisionis mēbrum acceperis. s. q; pars mouet totum. Uel tertium scilicet q; totum mouet ptē non dū vere composituz illud sese agitat. Aliud namq; partem: aliud totuz esse volumus. Atq; illa pars: que mouet totum mouet vtiq; omnes partes. Ideoq; in numero aliarum partium etiam seipsam mutat. Similiter si totum mouere partem dicatur: per omnes partes vnam cōmouet partem. Ergo vnam quandaz solūmodo agitat: quodāmodo per seipsam. Uideo in iis duobus diuisionis illius membris: nō posse aliter dici: totum illud mouere seipsum: nisi pp partem illam sui: que sese agitat: p alias minime. Atq; ita nō totum illud re vera erit per se mobile: sed pars sola illa totius que etiam pars eius nō erit cū per se aliquid operet. Quod si quartū C concesseris. s. totum a toto moueri: cum totum fortasse non sit aliud: quam cuncte simul partes. Fateberis: partes omnes ab omnibus permutari. Ubi compositū illō non aliam ob cām affirmari debet mouere seipsuz: nisi q; pars quelibet eius agitat semetipsam. Quapp ad ptem semper confugere cogeris p se mobile corpus affirmaturus. Quod in primis idcirco dānamus q; corpus illud cōpositum non erit ppie p se mobile: posteāq; id ab alio. i. a partibus mutuat. Nam rōne ptium dicitur per se mobile. Licet enim corpus illud quodam modo cūctas simul partes esse constet: tñ motuz huiusmodi mutuari videtur a singulis: sicut & substantiam suam a singulis accipit. Respondeo queso de illa parte: vel partibus illis: quarum ratione totum asseritur sese mouere: ex eo quod ille se mouēt sunt ne indiuidue? Si sunt: pfecto quod sese mouet: non corpus est: sed indiuidū quiddam in corpore cuius impulsu etiam corpus sponte sua ferri videtur. Sin diuidue: illam similiter persequemur: vt & totuz iam secuimus. Atq; eadem ratione cōperiemus: nullo modo affirmari posse de illis partibus: q; per se moueantur: nisi rōne particularū: que se moueant. De particulis similiter perserutabimur. Que quoniam in infinitum distribuuntur: nouos semper: & plurimos motores inueniemus neq; vnquam perueniemus ad vnum: cū diuidendo semper plurimos habeamus. Neq; vnquam ad primos: aut primum: cum diuidamus similiter infinite. Nusq̄

igitur est in substantia corporis vnus: ac primus ipsius motor. Quamobrem nullã in se habet sui motus originem: per qꝫ re vera asseri valeat ex seipso moueri: sed ad impartibile aliquid compellimur deuenire. Vnde nascat omnis corporalis agitationis origo. Internus autez corporis agitator est anima: qua presente: corpora sua sponte quodammodo: & in oẽm partez seruntur. Absente vero anima: externo indigent cõmouente. Si ista quoqꝫ sit corpus eget ipsa quoqꝫ mouente: mouente inquã intrinseco: siquidem absqꝫ impulsu externo viuentia queqꝫ mouent. Ille gdez motor intimus anima ipsa erit: qꝫ per se oportet moueri: quandoqdem corpora p aliam vim sese mouendi habere videnť. Omne autẽ tale ad naturã aliqꝫ vere suimet agitatricem est reducendum. Ita alia proprie per se mouet: in eius participatione facultatẽ cetera nãciscuntur: vt per se quodammodo moueant. Hec igit non est corpus: sed neqꝫ etiam forma in corpore dissipata. Nam hec etiaz per rationes superiores se mouere non valet: iisdem subiecta qbus & corpus cõditionibus: vt apparuit. Vbi cauillatio illa excludit: qua nõnulli contẽdũt ostendere: corpus aliquod per se moueri: dicẽtes ipsuz ex materia & forma: vel ex quattuor elementis ita cõponi: vt alia quedam natura preter materiam & formã & quattuor elementa proueniat: que sit totius integritas: que seipsam moueat: qꝫ per formam habet hoc: vt moueat: p materiam: vt moueatur. Talis obiectio aduersus Platonicos nihil valet: tum quia in alia essentia erit radix per quam moueatur: in alia: per quam moueri videbitur. Oportet tamen ad aliquam essentiaz peruenire: que sit & fons: & receptaculum motionis: & vite: quemadmodum ad aliquaz peruenitur: que lucis: & ad aliquaz: que caloris radix est simul: & fundamentum. Tũ qꝫ natura illa: que est totius integritas: si quantitate protenditur: non magis poterit ex seipsa moueri qꝫ moles ipsa corporea: vt supra monstrauimus. Sin autem indiuisibilis est: iam vt cupiebamus: ad naturaz peruenimus incorpoream: in qua sit sui ipsius agitandi potestas. Non q̃ in seipsam agat: & patiatur. Motio enim in ea non transitum significat ab agente in patiens: sed naturales essentie illius vicissitudinem: qua suarum affectionum variat vices: atqꝫ ita per se discurrit: non agitante alio: vt per se calet ignis: neqꝫ alio calefaciente: neqꝫ parte sui alia in aliam fundente calorem. Motus igit animalis cuz non fit ꝑ corpus: qđ est sua natura pigruz: neqꝫ sit a solo composito: in quo non erit vis vlla mouendi: si ex pribus talibus sit conflatum: in qbus nulla vis sit ad motũ necessario est ab anima: que si vim migrãdi ex otio in actũ tribuit animali: multo magis: primusqꝫ tribuit ipsa sibi. Quicquid enim boni: actusqꝫ vitalis a causa traducitur in effectum: prius explicatur in causa. Sic enim calor calet: feruetqꝫ: secum ipse prius quam materiam aliam calefaciat: & animata corpora turgent seminibus: seruisqꝫ concipiunt in seipsis: prius quã partus edant. Dum igitur anima vitalem a potentia in actum progressionez explicat in seipsa: dicitur a seipsa moueri. Motum quidem in anima proprie actionem platonici nominant: quoniam in fonte suo sit: formetqꝫ corpus & agitet. In corpe vero motũ nominãt passionẽ. Cũqꝫ molez corporeã ẽt vniuersi oporteat moueri ab alio cõcludunt: vniuersi corpis motũ passionẽ esse a motu alie vtis: tanqꝫ ab actione quadã illaz. Et quẽadmodũ in quelibet gñe impfecta semp ad pfecta reducũt: ita motũ corpis impfectũ ad aie motũ tanqꝫ perfectum in ipso motionis genere referunt. Proinde cum queritur: quo nam motũ precipue anima moueatur: respõdent: non corporali: est enim incorporea nõ imaginabili: caret enim figura. Non cognitiuo: ignorat enim seipsam: sed motu secundum essentiam vitalem. Sicut enim essentie actus est esse: atqꝫ intellectus ipsius

actus est intelligere: sic vite actus est viue
re. Non enim aduentitiam: sed ex seipsa
A possidet vitam: atq; vt illorū verbis vtar:
anima est vita se generans: & producens.
vita vero ois è motus. Quare si omne vi
uens mouetur etiam qđ per se viuit: per
se quoq; mouet: atq; qđ viuit semp mo
uetur & semper: non intellectuali videli
cet modo: sed vitali. Quapropter semper
mouetur: & non semper. Nam mens qdē
sm potentiā est: vita vero sm actum. De
uicq essentia semp viuit: perpetuumq; in
trinsecus exercet motum. Quoniaz essen
tialis vita semper est mobilis. Tres autē
& actus que tam circa vitam: quā circa in
tellectū contingunt: vel intermitti vel ab
errare quandoq; possunt. Sed regredia
mur: iam vnde digressi sumus. Idem no
B bis tertia hec sequens ratio psuadet. Omo
tus omnes bi sunt. Alteratio: generatio:
corruptio: augumentū: decrementū: con
densatio: rarefactio: progressio. Munquid
sm alterationem seipsum mouet corpus?
nequaquā. Si.n. se debeat calefacere: calo
rē habeat oportet: quem sibimet tribuat.
Oportet etiaz vt non habeat: si modo sit
acceptarum. Non enim accipit quisquaz
quod possidet. Ergo vt calefacit: caliduz
C iam est: vt calefit: nondum est caliduz. Di
ctu.qdem ridiculum istud habere aliquid
simul: & non habere: nisi forte quis aquaz
dicat frigiditatem quandam sm virtutez
habere: quam retineat: etiam postq̄ igne
fuerit calefacta: per quam remota ab igne
ad frigiditatem sm actum iterum reuer
tatur. Huic Platonici respōdebunt. Vel
aquam illam ab elementis extrinsecis fri
gefieri: vel si qualitas eius secundū actum
que aliquantum ad naturam vergit incor
D poralem: pullulat ex intrinseca illa virtu
te qualitatis productiue: que quidez vir
tus etiam multomagis nature incorpora
li propinquat: sequi: vt virtus huiusmodi
rursus a substantia quadam scaturiat: que
penitus incorporalis existat. Substantia
vero huiusmodi erit principium motus
in corpore. Nullum igitur corpus altera
tione seipsum mouet. Sed neq; etiam se
ipsum generat. Qz generat aliquid genera
to dat esse. Habet igitur genitor esse: qđ
tribuit genito. Quod generatur: aliunde
accipit esse: quod ipsum non possidet. Ni
hil igitur sibi potest esse tribuere. Habe
ret enim ipsum simul: & non haberet. Et
cum genitor genitum antecedat: qui sui
ipsius secundum finitam naturaz genitor
est: & genitus seipso simul prior est: atq; po
sterior: quod in natura finita: nemo vtiq;
finxerit. Atqui neq; corrumpit etiam seip
sum corpus. Quippe cum res queq; pro
lem suam ex natura propria generet: atq;
ideo sibi conuenientem proferat non con
trariam sequitur vt naturalis rei cuiusq;
instinctus: qui proles quedam est essentie:
atq; ipsius esse contra essentiā: & esse non
surgat: Nulla ergo res instinctu sue vocis
ad nō esse: sed ū sui: sed neq; alterius cu
iusq;. Immo cum rei cuiusq; nixus ad se
ipsam seruandā pficiscat: in ptrariū nō fle
ctet: sed neq; auget seipsuz corpus: aut mi
nuit. Nō.n. fieri id sine alteratione contin
git: ac ēt generatione quadā: & corruptiōe.
Nā p qualitatū alterationē crescimus: &
decrescimus. Et oū crescimus: noue i no
bis ptes corpis generantur. Dum decresci
mus veteres corrūpunt. Si ergo incremē
tū & decrementū alteratiōe: gnationeq; :&
corruptione indigēt: corpus: qđ p altera
tionē: generationē: corruptionē se nō mo
uet: neq; augendo qdē mouet seipsuz: vel
minuēdo: neq; ēt condēsat seipsum: vel ra
refacit: qm̄ sine alteratione ista quoq; non
fiunt. Dixerit forte quispiā: corpus saltem
p se loco mutat: p. transitū: vel circuitum.
E Hoc quoq; impossibile dictu. Si.n. ad su
periores illos motus: qui interni sunt: est
impotēs: multomagis erit impotēs ad ex
ternos. Omotus qdem externos voco cir
cuitū: atq; transitū: q ad terminos remo
tiores tendunt q̄z motus interni. Itaq; si
corpus nō valet p se moueri ad terminos
pprios: quo nam pacto poterit ad ter mi

nos alienos. Quáobrem sic iam concludamus. Nulli apparent in corpibus aly motus preter illos octo iaz numeratos. Nec nullū illoz̄ ex seipsis agunt. Ergo nullo modo ex se corpora agitantur. Docuitur tñ: vt cuiqz constat a natura quadá intrinsecus agitāte: et sine externis impulsibus. Hanc aiam esse platonicus nemo negauerit: quá moueri per se possibile est: quia in ea aly qdam: preter octo illos alterius nature motus reperiunt. Quantū ad partē spectat: qua regitur corpus: reperit vt aia temporalis vicissitudo seminum: alias aliter in ea emergentū ad corpalia generāda. Quantū vero ad ptem anime ptinet: que in cognitione versatur: ineſt ipsa de cognitione: affectioneqz alia in aliā discursio temporalis. Ab effectibus nature vltimis in supna principia per causas medias tpalis ascensio. Ac vicissim a supernis principijs p medias causas ad vltimos effectus descensio. Hec discursiones motiones quedá sunt: et nature animi ppie: vt alias declarauimus. Non enim deo: vel angelis congruunt: qui simul omnia possident: atqz vident. Non corporibus cōpetunt: que p se nihil agunt: non formis corporis: q̄ ad incorpalia non mouent. Huiusmodi vero discursiones ad diuina nos ducētes supra naturā corporis eleuāt. Efferri vero supra naturā suā: neqz corpus: neqz aliud gequā per seipsūz valet. Igit revolutiones tales: que sunt a corpibus aliene: aio tñ insunt: restant aiam: vel corpus: vel formā diuisaz in corpe esse non posse. Preterea cuz aia fm illas per se. i. per naturā: ac vim ppriā agitetur. Idcoqz p se moueatur: quod nequit corpus. Preterea apparent in anima motionum corporaliū exemplaria. Generationis quando diuinis heret. Corruptionis: quando mortalibus. Augumenti quando reminiscitur. Decrementi: quando obliuiscitur. Alterationis: quando variat vices affectionum. Condēsationis: prout subito aliquid intuetur: vel se colligit. Rarefactionis: prout discurrit: vel circa multa distrahitur. Progressionis in rectum: cum primū attingit externa. Circuitus autem: cum vel in rebus ipsis esse/rum resolvit in causam: et a causa deducit effectum: vel in seipsam considerandaz reflectitur. Moueri rursus videtur in rectū quando ad corpus: sensumqz declinat. In obliquum: quando in se angelū ve reflectitur. In circulum: quādo in deum principium: finemqz suum. Sursum ad vniuersalia. Deorsum ad particularia. Ad dextrā quoqz: atqz sinistram: in oppositas videlicet generis differentias. Deniqz ante et retro: quando ad causas naturales: effectus ve se vertit. Quis neget animam motionum fontez esse: cum in ea propria motus sint: et motionum corporaliū exemplaria. in quibus contra corporis natura ipsa sese generat quodāmodo: vel (vt ita dixerim) quasi corrumpit: auget: minuit qz: et transferr: et reliqua. Merito igitur per eius presentiam corpora viuentia facultatez hanc adipiscuntur: vt sese alterent: nutriant: augeant: dū ex se aliquid generant in seipsis. Ac rursus: vt ex se gradiantur: quocunqz iudicauerint gradiendum. Quoruz nihil efficiunt: q̄ non viuunt: quasi spontaneus motus vite sit propriꝰ.

¶ Decima rō. Anima non crescit ad corporis huius augumentuz. Cap. xiij.

Si aia corpus est: ipsum certe corpus illud quod vides solidum: vt viuat totū: et ipsa tenue atqz agile corpus est: qđ animi celeritas indicat. Quare si corpus animalis partiario in mēbra: sicut frustra vbinia corporis corpora sumpsita corpuscula illa: q̄ in mēbris sectis supsunt: sumsitani me. Preterea cū aia viuus sit tota nāe: vt omnes supiūgat. Quare igit mouebunt et sentiēt ad rōs brachia: et cruta a corpe separata. Et aia: q̄ in reliquo restat corpe: q̄ sepe brachijs: et cruribus āputatis: viuit decēnū: multo erit minor q̄ante nō pusillanimis erit: ebrs: obliuiosa: imo et sic arguunt/etur. Si aia corp⁹ ē manifestū hui⁹ corpis magnitudinē q̄titate penit⁹ equās ocupē

te ipso crescet: decrescēte decrescet. In va/
sto corpore magnificentior erit: ⁊ diuinior
animus. Atq; in eodem homine: quando
adolescente corpe: adolescet ⁊ anima: opor
tebit vt per adiunctionem corporis sibi si
milis adolescat. Alimentū huiusmodi vi
uit ne in se anteq; ab anima capiatur: an
nō? Si non viuit: quo nam pacto vitam
anime prestat: ⁊ auget: quod ⁊ vita caret:
⁊ ante quā vitam anime mutuet: oportet
ipsum vitam ab anima mutuari. Si viuit
iam habet animā. Moue igitur quottidie
anime a nobis hauriunt ad nostre huius
anime nutrimentum. Tranſit autez semp
alimonia in eius naturam: quod alitur.
Itaq; multe quottidie aie a natura pdent
vt vna seruetur aia: quod bonitas natu
re nō patitur. Immo vero neq; prior aia
nostra seruabitur: si substantia sua assidue
subterfugiat. Unde novas animas cogat
sibi semper adscisscere: per quas anima in/
giter innouetur. Uerum quo nam pacto
recens anima cum priori consentit? Quo
modo si continue effluit aliquid ab anima
nostra: ⁊ influit in animam alimentum: si
cut fieri in carne videmus: manet volun/
tas eadem in pleriſq; semper. Idem mos
opinio: eadem ⁊ scientia: ppetuaq; eiusdē
rei memoria? Quomodo post decennium
agnoscimus illa statim visa: que ante decē
nium videramus? nisi earundem rerū no
bis acceptę quondam incolumes adhuc
seruentur imagines? Quis eas seruat? nisi
idē: qui acceperat: ⁊ iudicauerat animus?
Quo pacto seruat si non seruatur? Qua
rōne nō stāte aio: stabūt imagines ⁊ scie?
Neq; dicat q̄ſq; stare diu aium: si corpus
fuerit. Quod.n. corpus sub celo manere i
eodē statu pōt diu: celo ipso tā celeriter p/
currente? pinde si corpus aliqō tale sit: vt
maneat aliquantū: corpa tñ subtilia: ⁊ agi
lia minime otium pmanebunt. Aia vero si
corpus sit: tenuissimum sit: opz: vt viscerī
bus suffusa facillime cūcta viuificet. Ideo
⁊ ossa: ⁊ nerui diutius cōsistent q̄z anima:
imo ēt caro: que tamen breui tpe labitur:
⁊ renouatur indies. Erit autez aia flatus
alicuius instar instabilis prorsus: ⁊ mo/
mētis singulis euanescens. Quapp neq;
idē quidem vnū scientiae: rerū: imagines
seruabit. Idē quoq; patiet: si aia qualitas
sit: ⁊ complexio aliqua humor: atq; mem
bror. Partier.n. qualitas fluit: ⁊ humor.
Atq; in ipa nutritiōe aia cōstituet refluetq;
sicut corpus: neq; cōstabit aia: sm formaz
magis q̄z sm mām ppriā. Neq; seruabit
inumeralis vnitas animalis: neq; prinua
tio motionis nutrimenti: aut augumenti.
Neq; erit in aia: vis aliqua hor motuz
ordinatrix: que ita sibi ipsa psit: vt ⁊ ordi
nē ipsio pgrediendi: ⁊ terminū imponit
pgressioni: quousq; nutriri oporteat: vel
augeri. Necesse est.n. rectorē illū in se cōsi
stere: q ordinat: sistit q; mobilia. Obiciet
forte aliqs: ita videmus in corpore nostro
figuram eandem diutissime permanere: ⁊
caro labatur: ⁊ refluat. Similiter qd̄ phi
bet in anima eisdem rerum cognitarum
imagines pmanere: licet anime substantia
ex vetere mutet ī nouā. Ridemus: neq;
eandē p̄sus manere figurā: neq; penitus
similē: sed priorē frequēter: abeunte carne
abire: ⁊ in carne recēte nouā priori quodā
modo similē refici. Idq; fieri a quodā arti
fice stabilissimo interius fabricante: q cuz
maneat semp idē hēatq; in se mēbrorum
familiaris corpis disponendorum rōnes: ⁊
semina pōt: nouis humoribus quottidie
influentibus: cōplexionem similē ac prio
ribus tradere: ⁊ recēti carni similē: ac vete
ri prębere figurā. Non aliter quaz vultus
qui flumē supne despiciēs fluētes vndas
nouasq; quolibet momento nouis imagi
nibus sui depingit: ita vt idē in varijs vn
dis vultus perstitere videatur. Intimus
autem ille faber corporis: atq; stabilis ani
ma est. Que si ⁊ ipsa fluat: certe neque si/
miles corpus prese diu feret effigies: ⁊
figuras. Neq; anima scientias similes re
tinebit. Quis tunc neq; ipsa vi sua tene/
bit: neq; aderit illi aliquis: qui aut sta/
bulet illas in animo: aut similes prioribus

alias generet. ¶Non enim dicendū est: qñ anima imaginem rei possidens. effluit eidem influenti anime imaginem seipsam insinuare: quia nequit qualitas vlla i subiectum nouum de vetere subiecto transire: ¶Neq; etiaz euanescens illa prior anima imaginem: aliā siue similem in anima veniente figurat. Figurare quidem cum sit actio perfectū requirit agentez. Illa vero anima dum interit: deficit q̄dez ipsa: neq; potest tunc animam nouā perficere. Formare vero seipsam anima noua nequit: eo presertiz ipso momento quo nascit. Qua ipsa etiam tunc est imperfecta. Quo circa nullo modo potest anima rerū earū: quas olim nouit: imagines: scientiasq; tenere memoriter: ñ corporis ꝛ qualitatis instar effluat paulatim: ꝛ influat.

¶Marsilij ficini Florentini ¶Platonice theologie de immortalitate animorum ad Laurentium medicem virum magnanimum. Liber septimus.

¶Anima non est corpus: aut forma diuisa in corpore: aut talis forme punctum aliquod: sed est forma in quilibet parte corporis tota: vt ostenditur per potentiaz sentiendi. Prima rō. Corpus non capit imagines aptas ad sensum. Cap. i.

Scio quo pacto in superiori argumentatione incidimus in secundam disputationis huius partem: in qua probaturi sumus propositum nostrum per potētiam sentiendi. Sic igitur hāc pte vteri" psequamur. Corpus si qñ suscipit quicquaz: mō suscipit corporali: ptes videlicet rei in suis partibus: neq; potest rem maiorez q̄ sit ipsum capere: quemadmodum cera a sigillo figuram suscipiens: nunquam amplioꝛem figuraz q̄ ipsa sit accipit. Quod si haberet cera sensum: quo figure magnitudinem iudicaret: tantam plane iudicaret: q̄ntam haberet. Neq; potest aliaz rursus figurā accipere: nisi vel amittat priorez vel vtraq; ita in se cōfundat: vt vix inuicem discernantur. Sic anima: si corpus sit per oculum corporum imagines modo suscipiet corporali: ita vt imago ¶Platonis i oculo Socratis nō maior quaz Socratis oculus. Ita socratis anima non maiorem putabit esse ¶Platonem q̄ suus sit oculus vel certe non maiorem q̄ sit cerebrum: in quod ab oculo trāsferetur imago. Tandē non maiorez q̄ sit Socratici corporis magnitudo. Anima enim socratis: si magna est: non est suo corpore maior. Ideo si in se tota ¶Platonis imaginem suscipit: nō maiorez suscipit q̄ sit ipsa. Quapropter nihil vnquam maius existimabit esse socratico corpore. Quin etiam quādo Xenophontis: ꝛ Alcibiadis: ꝛ ¶Phedri imagines accipit: tunc vel amittit ¶Platonis imaginē vel ita habet cunctas deinde confusas: vt alium illorum ab alio non discernat. Concludē etiam ita. Anima vel solidū corpus est: vel fluxum. Si solidum vix a corporibus figuratur: peritq; docilitas ꝛ acumē. Atq; vna vnius rei accepta figura: vel alia non capit: vel si alias post alias ceperit: cūcte inuicem obfuscātur. Si labile corpus est: nullas tenet figuras: nullamq; prorsus habet memoriam. ¶Preterea nōne constat rem eandem in speculo paruulo paruam videri: in maiori maiorem? Ceu si vultuz tuū in mea pupilla prospexeris: deinde in speculo hic exiguum illic ingentē p̄nūcia bie. Ubi pro speculorum ipsorum magnitudine: ꝛ paruitate maiora: vel minora corpora iudicant. In anima hominis corporum pene omnium lucent imagines: p quas anima corpora: quanta sunt iudicat: nullum est: tam ingens: tam immensum corpus: quod ipsa vel intueri: vel excogitare nō possit: semp̄q; aliud corpus vltra excogitato corpore maius. Ex quo apparet: nullum esse anime prescriptum ma-

gnitudine terminum: tuz quo ad illa: que comprehensura est: tum quo ad propriam spectat anime ipsius substantiam. Si quá enim haberet in se propriam magnitudinem: tanta esset precipue: quanta est propry corporis magnitudo. Unde in tam pusillo animali speculo non possent res tam varie: tam perspicue: tam immense lucere: cum pro diuersa speculorú quantitate maiores: minores ve soleant apparere. Non tamen putare debemus spiritales colorum imagines vel a corporibus fieri: vel suscipi in speculis: atq; cerebro. Ipse enim nihil aliud sunt quam splendores luminis corpora verberantis. Id autem visibile lumen licet emicet in corporibus: sit tamen: atq; seruatur ab inuisibili lumine celestium animorum Quod expungenti copia exuberat foras euaditq; perspicuum. Corporibus quidem nullis affigitur. Potest tamen luci nostri spiritus: que a nostra anima pendet: coniungi: qq; suos splendores offerre. Significationes preterea vocum ad auditus peruenientes: que ipse quoq; spiritales sunt neque a corpore fiunt: neq; figuntur in corpore: sed ab anima transmittuntur in animam: atq; animarum virtute fiunt: & conseruantur. Uerum superiorem diuisionem hac diuisione breuiter concludimus. Si anima sit aliquid corporale: vel simulacra corporum eius faciez attingent; sicut speculum: vel eorũ qualitates in profundam anime substantiaz penetrabunt: sicut in aquam sapores: atq; odores. Si primum contingat: corpora fortitan presentia sentiemus. Sed non paterimur absentia cogitare. Nam simulacra non seruabimus. Sin alterum fiet: sensus gradatim semper: & cum corporis passione: similiterq; memoria: & qualitates sine discretionis indicio inuicé confundentur.

¶ Secunda rõ. Oportet qnq; sensus ad vnum centrum conduci. Cap. ij.

Ipsus colores attingit nõ voces. Auditus voces nõ attingit. Olfatus odores. Animus colorẽ: vocẽ: odorẽ ita inuicé cõparat: aut aliud colorem esse quam vocez: & alia similiter iudicet. Illa vis per qñ ita iudicat animus cognoscit: tuz colores tum voces: & alia: que inuicez comparat. Quomodo enim diceret colorem aliud esse quam vocem: nisi simul vtrunq; cognosceret. Que nã ista vis est? Ipsus ne? Absit. Non enim voces agnoscit: Ita neq; auditus qui colorũ ignarus est: neq; vnus aliquis omnino quinq; sensuum. Quisq; enim illorum vnum quiddaz nõ ciat solum: neq; potis est plura inuicez cõparare. Ois vna certe illa est interior anime ad quam velut centrum: a quinq; sensuz instrumẽtis circũpositis vndiq; varia nũciantur. Illa vna omnia illorum quinq; sensuuz obiecta: & operationes diudicat. Neq; dicas: duas aut plures eẽ anime vires internas: per quas anima illa cõparet. Sint si vis gemine vires. Respõde igit quotiens aĩa colorem ad vocem comparatura est: vtrum per vtranq; vim apprehẽdat: vtrunq; colorẽ. scilicet vocem: an per alteram alterum? Si vtraq; vis apprehendit vtrũq;: qd opus est viribus geminis? Cum vna sufficiat ad cõparationis opus Et tantũdem faciat vna: quantuz ambe. In necessarys rebus natura non deficit. Superuacuis non abundat. Sin per alterã vim alterum tantum noscit: per neutraz inuicem comparabit vtrunq;. Tamen per vim aliquã comparat. Est igitur alia quedam vis preter geminas illas ante confictas: per qñ aĩa plura illa cõparat inuicé. Utrũ vis illa vna indiuisibilis sit. An corpis instar i plures ptes diuisa. Vtra vrz sit vis illa tãq; punctũ aliqò indiuiduũ qò a. vocẽ: an linea q̃daz ab a. in b. protracta? Si dixeris eã esse lineam ab a. in b. talem a. b. Queram abste hunc in modum. Quotiens anima colorem ad vocem per huiusmodi lineam comparatura est: certum est: qp vtrunq; istorum eam tangat lineam.

Utrum igitur color solum caput linee: qđ est a. attingit ad b. non peruenit? Et vox solum b. linee finem tangit: ad a. non tran fit? An potius ambo tam color quaꝫ vox ad ambo simul: tam scilicet ad a. quam ad b. veniunt? Si primuꝫ concesseris scilicet quod alterum tantū venit ad terminum linee alterum. Profecto duo illi termini due a se inuicē erunt distincte vires: quaꝫ vtraq; quod suū est: agnoscet: alterū igno rabit. ideo per neutram vim illa animus comparabit. Sin cōcesseris ambo: illa ad terminos ambos concurrere: ita vt vis vtrusq; termini ambo persentiat. Una illarum sufficit. Vacat altera: quādoquidē nihil plus vires ambe quam alterutra faciunt. Immo vero due vires erunt indiuisibiles ambe. Ita cogimur confiteri viz illam animē vnam: per qđ plura diuidicat non esse partibilem. Igitur vis illa magistra sensuū: neq; corpus est: neq; qualitas diffusa per corpus. Si talis est animē vis qđ phibet aiam esse talem? Nisi forte partes substantie alicuius vim substantia sua esse nobiliorem.

¶ Tertia ratio. Quo angustior sensus est eo est perspicacior. Cap. iij.

Profecto oportet imaginem visibilis corpis ad aliquid impartibile colligi. Quod ꝛ in ipsis sit pupillis. Quoniam ingentia corpora: atq; celum ipsum p tam minima: mā pupillā nō cerneremus. Quod si qđq; ad oculū spectat: vt cernat acutius: ampliore qđtate opus nō est. Immo patuissimi oculi acrius inspiciunt qđ ampliſſimi: vt oculi aquile qđ bouis: quasi visuꝫ nō modo nō iuuet: sed impediat magnitudo. Si in qđ exterior acies magnitudie ad percipiendum minime indiget: qd de illo interiori visu: ꝛ cōi sensu dicemus? Qui quanto singulis sensibus est prestantior: ꝛ acutior tanto etiā debet sufficientior esse: erit autem sufficientior: si nulla indigeat corporis quantitate. Denuq; ꝛ ipsa anime substantia sensuuꝫ fundamentū erit omni sensu sufficientior: si quāꝫtate non egeat.

Quis eam dixerit quantitatis dimensionibus indigere. Cum neq; conducat ad animi dotes corporis magnitudo: neque noceat si conduceret necessario: non esset apis oue solertior. Vulpis astutior sue. Simia ingeniosior asino. ꝛ eo boue audētior. Sin necessario noceret: non esset elephas prudētior equo. Canis agno sagacior. Qđ si ad has ale vires que versantur circa corporum quantitatem: nihil valet corporis quantitas multominus eam valere putādum est: ad eam vim animi: que transcendit corporum quantitatem ad rōnem. l. quam suo loco tractabimus.

¶ Quarta ratio. Si sensus diuiduus sit: in eo imago sensibilis diuidetur. Cap. iiij.

Esto si vis: intimus ille visus corporea mole distentus: quid inde sequatur: attende. Cum coloris externi capit: concipit ve imaginem suo modo accipit: atq; corporeo. Imago huiusmodi per partes huius visus diuiditur: ꝛ alia pars visus alia coloris aspicit partem: nec erit in nobis aliquid: quod totum colorem visibilem comprehēdat. Oportet tamē vnaꝫ rei vnius comprehensionem ab vno fieri comprehendente. Ac si dixeris vnuꝫ ipm comprehendens: esse formam quandam totius compositi: cunctis cōmunem partibus: queremus nūqd diuidua sit: vnde questio redibit eadē: an indiuidua: vnde comprehensionem in vi indiuidua collocabimus. Oportet igitur sensum esse magnitudinis corporalis expertem. Presertim quia si magnus sit: paruis non conuenit neq; sentiet illa totus: ſꝫ pars tuus ipsa: que paruis equatur. Si paruus: magna non capiet: si medius non quadrabit extremis. At tu si vis sensibilem coloxem vna cum sensu partiri: quonam pacto distribues. An equalem equali ambis: sed non potes. Non enim equalis est sensus rei cuilibet sentiēde. In quot autem partes vtrunq; distribues. Num in quasdā partes: numero quidem terminatas: ꝛ naturali ordine minimas. Qđ si fe-

ceris:non inuenies vnam rei vnius cõprehensionem. Sed more mathematicoꝝ in omnes quas habent:puto re partituꝝ. In particulas igitur infinitas tam visum quam colorem secabis: ꝛ visus partes singule singulas coloris sentient portiones. Itaq; innumerabiles ibi erunt visus. Innumerabiles visi colores. Innumerabiles visiões. Itaq; ita nũq; poterit color vnius visum incurrere:quin eodem illo momento infiniti visus infinitos colores videant in ãmte. Quod ne fingi quidẽ potest. Fortasse vt hec monstra vitemus:subijciemus totum illum visum sentire:ptes eius nequaquam. Sed hoc etiaz temerariũ. Quo enim modo:que sensu carent: sentientem substantiam generabunt? nullo. Igit neq; ptes ille sentiendi expertes sensum ipsum constituent. Au dicemus singulas partes visus sentire:sed per eandem totius visus ꝛ integram visionem:ac sentire speciez totam:ptesq; cum tota? non. Primo qz species non videtur:sed color ipse per speciẽ. Deinde qz operatio: que fit ex congregatione partium distinctarum:fit quoq; per congregationem momentorũ: ac transigitur paulatim. Sensus autem fit subito q̃ significat sentiendi vim esse indiuisibilez. Deniq; si pars queq; visus per se sufficit ad videndum:qd opus est pluribus? Si non sufficit:ex non sentiente fit sentiens? Nisi forte ptes ille congregent in vnum a superiore aliquo sentiente. At illud erit anima potius atq; sensus. Quapropter nũ quã deliras responsiones effugiemus:quã diu sensum esse partibile affirmabimus. Sit ergo impartibilis sensus. Sit ꝛ anima talis:que fons est indiuisibilis virtutis:atq; subiectum.

¶ Quinta ratio. Anima sentit vbiq; tota. Cap. v.

An ignoras partem corporis alicuius ipsi toti equalem esse nõ posse? Atq; ideo formam:que talis est:vt per diuersas partes corporis protẽdatur in qualibet corporis parte totam existere non va

lere? Alioquin toti pars foret equalis. Admitto ista. Quid tum? Nempe anima cuilibet parti corporis adest tota:qa tota sentit cuiuslibet corporalis particule passionem. Nam si aliquo offensus casu pes doleat:statiz illuc aduertitur oculus:Admouetur e vestigio manus. Os clamat ꝛ reliqua membra ferme similiter. Quod certe nunquaz fieret:nisi id quod ipsius anime inest partibus corporis omnibus:etiaz in pede sentiret. Atq; sentire:quod ibi factũ est:absens non posset. Neq; enim nuncio aliquo credendum est:id fieri:non sentiẽte:quod nunciat:qz qđ non sentit nõ nunciat. Neq; passio que fit per continuationem molis:semper potest occurrere:vt ceteras anime partes:q̃ alibi sunt:latere nõ sinat:qz non semper fit dolor vbiq;. Sed illud tota sentit anima:quod fit in pedis particula:ꝛ ibi tantum sentit:vbi fit. Tota igitur singulis prtibus simul adest: que tota simul sentit in singulis. Forme autẽ sparse per corpus:puta albedini idem in hoc accidit:quod ꝛ corpori: vt videlicet passio vnius ptis non necessario reliquas partes omnes cõmutet. Quid enim prohibet vnam corporis albedinisq; partem inficiꝛ fedari:reliquis nõ pollutis. Cetetum nihil in vna quamuis particula animalis accidit:quin id ad totam mox pertinet animam. Dissentium hoc Platoni cum Augustinus noster ita cõfirmat. Anima per totum corpus:quod animat; non locali diffusione:sed quadam vitali intentione porrigitur. Neq; per omnes particulas tota simul adest. Nec minor in minoribus:nec in maioribus maior: sed alicubi remissius:ꝛ in omnibus tota: ꝛ in singulis tota est. Neq; enim aliter quicquid in corpore etiam non in toto sentit:tamẽ tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne vnum aliquid tangitur:quãuis locus ille non solum totius corporis nõ sit: sed vix in corpore videatur: animam tamen totam non latet. Neq; id quod sentitur: per corporis cũcta discurrit:sed ibi tantus

sentitur

sentitur: vbi sit. Unde ergo ad totam mox peruenit: quod non in toto sit: Nec vt tota ibi sit: cetera deserit. Uiuunt enim illa: ea presente: vbi nihil tale factū est. Quod si fieret vtrunq; simul: vtrūq; totam pariter non lateret. Hec aurelius. Uerum dices fortasse: animam quidem ita per vniuersum corpus protectaq; vt pars eius in pede sit: pars in crure: alia in femore: pectore: collo: summa in cerebro. Ubi sint iudicium principale. Ac dolorē pedis non ideo iudicari a vi anime: que sedet in cerebro: quia illa vis assit & pedi: sed quoniam successione quadam altera pars anime: alteri ad cerebrum vsq; passionem pedis enunciat. Profecto non negabis partes istas anime inferiores sentire: cum euidenter appareat in membris illis percipi passionem. Si enim pedis passio sit cerebro nunciandā: vel ex eo nūciatur: q; gradatim mēbra intermedia patiūtur: vel ex eo quod licet non patiant: sentiunt tamē dolorem pedis: eumq; cerebro referunt. Certe non semp totū patitur eque: nec est idez in medijs mēbris: qui in pede est cruciatus: sed molestia quedā cruciatus illius persenſio. In omnibus igitur molestia q̄dam inest: & sensus. Quid hinc sequat? uerte pars anime que in pede est: cruciatū sentiet pedis: pars: que in crure: nō pedis sed cruris molestiā sentiet. Ibi enim sentit solum vbi est: & passionem sentit solūmodo: que in eā incurrit. Pars que in genu presentem similiter tantum percipiet passionem: ceteraq; similiter. Post omnes vis illa iudiciaria cerebri presentez sibi solum molestiā aiadueateret. Partes anime a pede ad cerebrum: sicut & corporis sermē innumerabiles sunt: si & ipsa sit corpalis. Ergo semel offenso ad lapillū pede non fiet vnus sentiēdi actus: & subitus: sed multi gradatim: & innumerabiles pene cōtinget dolores: sicut perceptiones innumerabiles. Post oēs aūt aie vires: qd̄ nephas est: sentiet illa: in qua principalis est sensus. Sentiet ēt nō pedis passionē: sed suā solūmō. Neq; iudicabit vnquā vbi sit leſio: vbi sit succurrendū. Neq; per eius imperiū mēbra corporis conuertentur ad pedem. Ut hec absit da vitenť: fatendū est totā vim illā iudiciariā anime vna cū tota aie ipſ⁹ substantia singulis mēb.is esse p̄sentem: vt quicquid vbiq; fit: statim sine interuūcio tota persentiat: tota sibimet compatiatur: & consonet cūctas aie vires: cunctas ēt partes corpis imperio subito ad medelā lese ptis adhibeat. Atq; ita: quicquid: & quātūcunq; anime est in mēbris vllis: ab alio quouis mēbro nō abest: q; i quouis ad quodlibet admouet quelibet. Corpus: & forma per ipsum fusa: eius ve punctū talia non sunt vt in multis sint: tota simul: & secum ipsis in suis partibus absq; mora prorsus cōpatiant: atq; concurrāt. Est igit aia ab iis lōge diuersa. Neq; nos turbēt aialia multa: quoq; corpora cum secantur: vtraq; frusta mouent & sentiunt. Quasi anima ita lōga fuerit: sicut corpus: postq; dū corpus secat in corpora: anima quoq; secari vī in aiae. Non enim diuiditur anima primo: sed interit: cum primum illa ipsa corporis compago resoluit: cui fuerat attributa. Fiunt autez subito noue anime a vita mundi in frustis illis ad animam suscipiendam ideneis. Talis enim illorum natura est: qualis fuerat & totius. Et ge anime tales ita viles sunt: vt paucissimos vires operationesq; habeāt: ideoq; paucissimis egeāt instrumentis. Factum est: vt corpus illis sufficiat etiam si non sit varijs instrumentis instructa. Quod non sufficit perfectoribus animabus: que ob hoc in singulis membris viuunt. Sed lignum aliquod secetur in puncto: punctum hoc licet indiuisibile sit: perit tamen: ac in duobus frustis duo extrema videntur puncta renasci. Si speculum fregeris: in quo tui vultus apparebat imago: non concidit imago primo: sed abit: ac due a te p vna imagines in duobus speculis recreantur. Si nomen hoc luciser: in quo vox locuz tenet corporis: significatio anime: in quo

mbra diuiseris: quasi animal luci ⁊ ser-
cessat primo illa significatio: per q̃z venus
A designabat. Nō tamē diuidit. Est. n. indi-
uisibis significatio nominis: vt alias ostende-
mus: Adhuc tamen due quedā sunt in
duabus partibus significationes: p quas
tanq̃ animas dictiões huiusmodi super-
viuunt luci p lucis significationem: ser p
significationē aliquā lationis. Quid igit
B prohibet: quominus reptilia animam ha-
beāt fm platonicos indiuiduā: quamuis
membra diuisa viuant.

¶ Sexta ratio. Anima nō necessario pa-
titur sentiendo. Cap. vj.

C ANima ipa: vt vera philosophia do-
cet: cū sit purissima: crasso huic: ⁊
terreno corpori ab ea longe distanti nō ali-
ter q̃z per tenuissimum quoddā: lucidissi-
3 mū q̃z corpusculū copulat: quē spiritū ap-
pellamus: a cordis caloꝛe genitum: ex par-
te sanguinis tenuissima diffusum inde p
vniuersū corpus. Hinc anima sibi cogna-
tissimo facile se insinuans: primo qdē per
hūc totū se fundit spiritū: deinde hoc me-
dio per corpus penitus vniuersum: vitaz
primū huic prestat: ⁊ motū: facit q̃z vitalē:
perq̃z hunc regit mouetq̃z corpus: ⁊ quic
quid a corpore in hunc spiritum perma-
nat. Ala ipsi presens continuo percipit.
Quā pceptionē sensum cognominamus.
Deinde hanc pceptionez aduertit: ⁊ iu-
dicat. Quā aduertionem phantasiā esse
volumus. Quorsum hec? Quando secat
medicus cutē corporis extimā: frangitur
caro: dissoluit: ⁊ contrahit spiritus. Sen-
tit hec omnia tactus: qui per omnia mem-
bra vniuersalis est anime: sensus iudicat
hec: ⁊ condolet phantasia. Quomodo po-
test discindi caro: quin spiritus illis suffu-
sus partim cum soluta carne soluatur: par-
tim etiam in seipsum fugiens cōtrahatur.
Duo etiam pacto solutio: ⁊ contractio spi-
ritus latere suam animam poterit. Ac si
D non latet: cur nō molestē ferat anima ope-
ris sui pernicie? Spiritus quidez ⁊ cor-
pus opus est anime. Opus vero propriuz
omnia diligunt. In carne quidem passio:
cruciatus in spiritu: sensus in tactu: com-
passio: ⁊ cōdolentia (vt ita loquar) in phā-
tasia. Complectere paucis. Tam in carne
quam in spiritu pernicios a quedā fit: sub-
stantieq̃z corruptrix solutio: vel cōtractio:
hanc vocemus noxiam lesionem. Hūqd
ēt in aiam lesio transit huiusmodi? Omni-
me. Nec. n. substantiam pdit. Perdit igit
substantie ipsius virtutem. Perdit dein-
ceps virtutis operationē. In qualibet igi-
tur carnis: ⁊ spiritus: vel leuissima lesione
anime substantia illis presens similiter le-
deretur. Lederet ⁊ virtus multomagis. E
Lederet ⁊ operatio. Sensus: ⁊ phantasia
vires anime sunt. Sentire ⁊ iudicare per
sensum harum viriū actiones. Ergo si di-
scissio illa in anime substantiam ptīnēret
neq̃z sentiremus eā: neq̃z qualis sit: ⁊ vnde
⁊ quo succurrēdū iudicaremus. Sed v el
lateret aiam penitus: vel minimum quid
perciperet: ⁊ falso iudicaret ab ea. Et cuz
ala sit vbiq̃z tota: si ipsa in parte corporis se-
cta patit: tota patit. Eadē vero tota aia: q̃
ibi est: est ⁊ per totum corpus. Per totuz
igit corpus patit. Si vbiq̃z patitur: nō po-
test percipere: ⁊ nunciare passionē illaz in
pte vna animalis magis quaz in alia esse:
Quinetiam cum aliud sit passio: aliud iu-
dicium passionis: ⁊ passio semper iudicet
ab alio si in ipso iudicio insit passio: opus
est vlterius alio quodam iudicio: quo pas-
siuū iudicium iudicetur. Si illud quoq̃z
sit passiuuz: rursus opus est alio. Quapro-
pter veniendum deniq̃z est ad iudicē quē-
dam liberum passione. Hinc dum iudicat
corporis passiones: si accipit inde qualita-
tem aliquam corporalem: procul dubio pa-
titur. Si non accipit non formatur a cor-
pore. Sit ergo oportet talis iudex: vt neq̃z
passiones accipiat a corporibus: neq̃z for-
mas. Non posset autem anima talis esse
si ipsa vel corpus esset tenuissimū in hoc
corpore mersum: vel aliqua corporis hu-
ius affectio: siue punctum quoddam affe- F
ctionis. Platonica hec ita Augustinus:

Plotinusq; comprobant. Videtur mihi anima: cum sentit: in corpore non ab illo aliquid pati: sed in eius passionibus attentius agere. Et has actiones: siue faciles ppter conuenientiam: siue difficiles propter inconuenientiam: non eam latere. Et hoc totum est quod sentire dicitur. Sed ille sensus: qui etiam dum nihil sentitur: inest tamen: quasi per instrumentum est corporale: quod ea temperatione agitur ab anima: vt in eo sit ad passiones corporis cuius attentione agendas paratior: similia similibus vt adiungat: repellatq; quod noxium est. Agit porro vt opinor: luminosum aliquid in oculis. Aereum serenissimum: & mobilissimum in auribus. Caliginosum naribus. In ore humiduz. In actu terreū & quasi lutulentum. Agit autem hec omnia cuz quiete: si illa que sunt in animali: in vnitate valitudinis familiari quadam consensione cohęserint. Cum autez adhibentur ea que nonnulla (vt ita dicam) alteritate corpus afficiunt: agit attentiores actiones suas quibusdam locis: aut instrumentis accōmodatas: & tunc sentire dicitur. Quibus actionibus congrua libenter associat: & molestę obsistit incongruie. Has operatiōes passionibus corporis puto animam exhibere: cum sentit: non easdem passiones recipere. Cum aereus auris spiritus verberatur sono: anima quę ante percussionem huiusmodi in silentio corpus auriuum vegetabat: vegetat tunc attentius. Idq; facere est non pati. Attentior operatio non latet animam operantem. Non latere sentire est. Summatim sensus est: aut animaduersio operationis illius attentionis: aut iudiciū corporee passionis: & qualitatis excitatū ab attentione illa anime actione.

¶ Septima ratio. Rationes propie pertinent ad naturalem: & sensitiuam anime vim: q; anima non sit forma diuidua: quia qualitatis opus vnum est. Cap. vij.

Et si superioribus rationibus nō modo animam corpus non esse probauimus: verum etiam neq; partem p corpora formam: tamen proprijs argumentationibus secundam hanc partem ostendēdam fore putamus. Atq; vt cōmodius hac de re loquamur: formam talem: vt diximus: aliae tum qualitatem: tuz affectionem corporis platonicorum more vocabimus. Si anima esset qualitas corporalis: vel esset simplex qualitas: vel complexio: vel forma istis astricta. Simplex esse non potest. Quelibet enim simplex qualitas: aut forma illam sequens: vt alias declarauimus: vnum quiddam facit dumtaxat: ad opposita non extenditur. Anima plurima: & contraria. Neq; etiam est complexio: aut forma sequens complexionem. Quoniam in hac semper vna quedā preter ceteris qualitas dominatur: cuius operatio ante alias viget in corpore. Anima nulli qualitati: nulli ppio motui est astricta.

¶ Octaua ratio. Complexio agit p vim qualitatum. Cap. viij.

Actio cōplexionis: eiusq; forme semper per qualitates: ex qbus ipsa est conflata peragitur: ideoq; nunquam aliquid tuz sublime complexio operatur: qn ad illud qualitatum se vires extendant. Caloris opus est penetrare atq; dissoluere. Anime autem nutritiue potentia per calorem tanquam instrumentum non dissoluit tantum cibos: quod ipsius caloris est proprium: sed etiam concoquit: digerit; q; & ad formam vtue carnie: & figuram humanam perducit: que quidem actio caloris excedit potentiam. Augumentuz quoq; animalis a calore prouenire nō potest tanquam causa principali. Non enim fit nisi per nutrimentum: & cum ad certū terminum magnitudinis perducetur: certamq; figurā: calor autē si det materia: sine certo termino: vel figura se fundat: cū vero oporteat terminū: figuraq; opi a principali agēte p̄scribi: cōstat principalē augumēti febrium colorem esse non posse: immo.

vero neq; aliam vllam accidentalem formam id posse facere: si non potest color: q est omniū prestantissimus. Fit tamen argumentum ab anima. Ex quo concludit animam non esse formam accidentalē: qd sepissime nobis est ꝓbandum. Concluditur ēt non esse eaz ex formis accidentalibus constitutā: q non posset qualitates: que absq; certo termino: gradu: proportione: figura vagant: ad hec ipsa rōnaliter ordinare. Concludit̃ postremo animaz non esse substantialem aliquam formam elementi: vel mixti. Talis enim forme motos ad vnicum dirigitur terminum: sicut dixim⁹. Augumentum vero in quamlibet partem eque porrigitur.

A Nona ratio. Complexio est accidentalis forma. Cap. ix.

Complexio natura quedam est ex contrarijs quodāmodo qualitatibus constituta: que inter eas quasi mediū obtinet. Ex quo fit: vt forma substantialis esse non possit: q non in se subsistit: sed in eo corpore quod est contrariarum illaruz qualitatū subiectū que quia inuicem pugnant: se inuicem non suscipiūt. Ueruz suscepte a materia: t inuicem mixte complexionem generant. Hec igitur complexio: tum ex eo: quod dixi: substantia non est: tum ex eo: quod aliquid sibi habet cōtrarium: puta excessum alicuius extranee qualitatis conflationem suaz dissociātis. Preterea suscipit magis: ac minus. Interdū enim: ac remittitur natura vie operatioq; complexionis. Substātia vero neq; habet ꝓpriū sibi contrarium: cum cōsistat in alio genere quaz substantie ipsa rerum contrarietas: hoc est in genere qualitatis: neque in natura sua: aut in magis intenditur: aut in minus remittitur: vt nūc magis: nunc minus hec: aut illa substātia sit: quod est femel substantia: hoc est magis minus ve lapis iste: quam ille. Cum igitur complexio non sit substantia: anima si substantia sit: non est complexio. Quod anima sit substantia: hinc etiaz pz

B

qui: per eam animal certā aliquam: t substantialem sortitur speciē generisq; naturam: atq; cognomen. Per hanc animam hoc quidē canis est. Per illaz illud equus. Per aliam illud homo. Illa quidem qualitas: que accidens est: subiecto suo aduenit: postquam illud in specie sua iam est perfectum. Anima vero suum ipsa sibi fabricat corpus: factum seruat: t dum deficit: reficit: pugnantia elementa connectit in vnū. Anima abeūte labitur corpus: neq; prior complexio: aut species retinetur. Talis quidem necessario est anima nutritiua. Neq; dicendum est animam illam: qua solum nutritiua est: corpus ita construere: cui postea iam perfecto anima sensitiua tāquam accidens quoddam adueniat. Nam corpus anime sensitiue congruū instrumēta sentiendi: t progrediendi oportet habere. Anima quidem nutritiua quarum talis est sola instrumenta facit nutriendi. Alia vero instrumenta facit anima alia propter eas vires: quarum vsui instrumenta sunt seruitura. Neq; sunt in eodem corpore due quedam anime: quarum vna instrumenta fabricet alteri. Siquidem: que nutrit: est eadem: t que sentit. Quippe sensuum perturbationes opus impediūt nutriendi: vel augent. Tristitia enim phantasiā illō debilitat: letitia roborat: quasi vna sit anima in homine: cuius vtraq; sint officia. Que ideo substantia est: quia est artifex corporis non pedissequa. Igitur non est complexio.

C Decima ratio. Harmonia complexionis nihil agit in corpus. Cap. x.

Neq; liceat Aristoxeno: aut musicis aliquibus somniare: animam esse harmoniam quandā ex ipsa complexione progenitam. Sic enim anima similiter esset nō substantia quedaz: sed accidens: nōne harmonia tota vim suā trahit a fidibus: neq; quicq̃ ipsa p se existit: neq; quicquā valet omnino in cordis efficere. Quippe non mouet ipsa cordas. Ex iis aliūde motis: nascitur harmonia. Alia ergo si sit harmonia

humorum certo modo cōpositorum: tota pendebit ex illis: neq; ipsa illos mouebit q illis ab alio agitatis anima oriet̄ur. Nec neq; illos reget: sed ipsam illi regēt: t subtrahēt. Non erunt igitur mortua in corpore aliqua preter humorū conditionē: non opera vlla sup illorum imperū. Sicuti modo sunt: vt in superioribus enarrauimus. Nō figura artificiosa: non dispositio. Nō repugnabit vnq; alius affectibus corporalibus: neq; se vel in se reflectet vel disiunctum a corporeis in corporeis copulabit: neq; p se aliquid operabit si nullo modo exiterint per seipsum. Sed de hoc alias diximus t dicemus.

¶ Undecima rō. In omni corpore compositio est harmonia. Cap. xi.

E IN omni corpore ex multis cōposito est aliqua suaz partiū harmonia: per quam cōspiratione mutua cōcinunt. Imo q si harmōia ipsa sit aia: corpora quelibet cōposita viuent: t coalescent. Dicebat Socrates: animam esse quidē harmoniā. i. concinnitatez: t cōsonantiā: sed non quālibet harmoniā: verum aliquā certo: t proprio modo cōtemperatā. Videbat nō eandē esse rōnē anime: atq; consonātie. Postq; non ex eo vītaxat: quod res aliqua ꝓsonantia est: est etiā anima: sed ex eo: q certo modo disposita. Certū huiusmodi dispositionis modū concinnitas ipsa non ex sui natura haurit: quia esset in qualibet concinnitate. Igitur aliūde ab extrinseco ne principio? Immo vero. Ceterū extrinsecuz istud nō sufficit. Nō. n. mouet: t temperat assidue: t naturaliter harmoniā: quod extra ipsaz est. Latet igit in humorū consonātia vis quedā prestātior corporalis cōsonantie tēperatrix: que in viuentiū corporibus suo mō humores cōtemperans ipsoz concinnitatez reddit certā: t ab alijs corporibus differentem: que propria cōsonantia vitalis harmonia est a viuifico spiritu interius latente progenita.

¶ Duodecima ratio. Harmonia intelligitur: aut compositio ipsa membrorū: aut aliqua compositionis ratio. Cap. xij.

QUando aiam esse cōsonantiā asserit f
aliqs: duo quedam posse illum arbitror intelligere. Aut compositionē ipsam humorū membrorumq; aut cōpositionis ipsius aliquā rationē. Anima profecto nō est cōpositio. Quia oporteret quālibet aie partē esse partium aliquarū corporis compositionem. Quod plane quomō fiat: assignare nō possumus. Cōpositio quidē corporis phīficis manifesta est. Anima vero ignota. Et quomō ex suis viribus. s. intellectu: sensu: appetitu: t reliquis componatur difficile cognitu. Difficillimū rursus quomō vires singule cōponātur. Preterea cōpositio nihil est aliud q̄ vnio plurium: plura vero nō vniūtur nisi ab vno. Ab vno inquam: quod insit pluribus: vt ab intimo coagulo cōglutinent. Illa igit vna vis insita mēbris: a qua vnio fit mēbrorū: anima ipsa est potius q̄ vnio inde profecta. Neq; ēt compositiōis ipsius est ratio. Cum n. diuersis corporis mēbris diuerse insint cōpositionis rationes: atq; ꝓportiones: singula membra singulas alias possiderent. Aliam quippe aiam os: aliaz neruus: caro aliam: similiterq; de ceteris. Siquidez membra ista sunt diuersa iter se ꝓportione cōposita. Unius vero animantis vitā vnam assignare nequaq̄ poterimus nisi vnicā illi formā. Motorem vnū atq; rectorē. i. vnam animā tribuerimus. Cernimus etiā consonātie rationē qualitatibus corporis magis q̄ anime cōuenire. Sanitas humorū consonātia. Robur consonantia ossium: atq; neruorū. Pulchritudo quodāmō: membrorū: atq; colorū. Sensus aūt t intellectus: q actus simplices sūt: nescio quales: t cuius sint harmonie. Quando substantiā rei cognoscimus: facile inde possumus de accidentibus iudicare. Igitur q̄ cognita humorū membrorū ve ꝓportione: facile de his iudicamus: que ad sanitatem: robur: t pulchritudinem attinent. Patet tria hec in illorum proportione consistere. At vero g 3

quia tali proportione inuenta: nondum tamen vires: affectus: habitus: animę clare discernimus: constat substantiā animę in ea proportione nequaquam consiste re. Quis enim illa reperta statum sentiēdi ⁊ intelligendi naturam reperisse inde se iactet? Cognoscit horum naturam Aristoteles melius quam Hippocrates. Illorum vero proportionem diligentius Hippocrates considerat. Cap. xiij.

¶ Decimatertia ratio. Harmonia humorū nihil capit absq; materia.

B

Quicquid aliquid efficit: eo quod ab ipso sit: esse debet prestantius. Quicquid a materia liberius est: eo est ⁊ sublimius. Quare semper debz causa esse a materia liberior: quā effectus. Nullus itaq; effectus potest esse a materia quam cā sua liberior. Vis nutriendi a materia admodū libera est: que plurima: ⁊ super: ⁊ preter: ordinem elementorū operari demonstrata ē alias. Vis sentiendi etiam magis est a materia libera: q; in ipso suo sentiēdi actu formas rerū accipit absq; rerū ipsarū materia. Non.n. visus coloris parietis cum pariete simul accipit: sed coloris attigit imaginem spiritalem. Multo magis intelligēcia idem facit: vt in sequentibus apparebit. Quonā igitur he vires animi multū sunt a materia libere: nequeūt ab ea causa proficisci: que sit materia vel immersa materie. Humores oīno corpales sunt. Quā obrem nullo modo humores possunt sua quadam nutritione: vel consonantia vires huiusmodi procreare. Multominus animam ipsam virium huiusmodi fontem. Quippe si anima in humor⁊ qualitatibus substantiā habeat: q̄d capiet per humorū affectiones suscipiet. Per eas vero formē solū corporales suscipiunt. Siquidem p caliditatē: siccitatēq; nō ignis imaginē spiritalē accipiet: sed ignis substantiaz corpoalem. Rursus per frigus: siccūq; ipsaz accipiet terrā. Ipsa quoq; terra: quoniaz similiter accipiet: atq; aia similiter sentiet. Idem faciet lapis ⁊ reliqua.

¶ Decimaquarta ratio. Que magis cōcinit: magis est harmonia. Cap. xiij.

Harmonia ita in plurium concentu consistit: vt magis concinentibus sidibus magis sit harmonia: minus cōcinentibus vero minus. Anima nequissimi hominis minime pcinit secū ipsa. Dissentit a rōne sensus. Pugnant quoq; inuicez appetitus. Anima probi hominis cōcinit vndiq;. Si aia sit harmonia: aia pbi viri q̄ cōcinit magis: magis ē harmonia. Igit ⁊ anima magis. Aia vita quedaz est. Ergo ⁊ magis vita. Vitacior itaq; audentior: ⁊ ⁊ robustior erit probi viri anima quam latronis. Neq; cōcoquet cibū latronis anima: perinde vt iusti viri. Neq; generabit prolem. Neq; corporis membra substinebit: vibrabitq;. Neq; acute inueniet. Firmiter reminiscet. Loquetur elegāter. Aggrediatur audacter. Neq; diu spirabit: ⁊ reliqua.

B

C

¶ Decimaquinta ratio. Harmonia nihil admittit dissonum. Cap. xv.

Harmonia vera: vt rectius procedamus: nihil admittit dissonum: duz permanet harmonia. Si harmonia est: cōsonat: sin dissonat: non est harmonia. Animā vero nostram nōne videmus assidue dissonantibus opinionibus: ⁊ affectibus distrahi: Et nihilominus verā aiam permanere: atq; eque vitalē? Neq; obijcias q̄ affectuū discordia: Iz nō pimat aiam: discordia tñ elementorū: humorūq; pimit. Porro si nō pōt aius ppria: intimaq; dissonantia pire: alia nulla pōt. Propria animi humani: ⁊ intima dissonātia illa est: que solit ⁊ omni aio cōuenit. Idest opinionū: affectuūq; dissensio: que corpa vita carentia nō attingit: ⁊ oēs mortalium pulsat aios. Dissensio talis eos euite: sensuq; statu nō deicit. Multo igit minus humorū discordia: que ab aio alienior est: animi ipsius naturalē habitū dissipabit. Qui certe humoribus vel paulū dissonantibus dissiparet: si in eorum cōcentu consisteret. Quāobrē nihil obstat: q̄n pter animi: corporisq; lon-

D

ge dissonet: & alia nihilominus vera vita/
lisq; anima perseueret. Id harmonia non
patitur. Igitur errabit q dixerit: animam
harmoniam.

Marsilij ficini Florentini Platonice
theologie de immortalitate animorum ad
Laurentium medicem virum magnani/
mum. Liber octauus.

Anima est forma individua vbiq; tota
& nulla trahit originē a mā: ideoq; imor/
talis est: vt ostendit p intelligēdi virtutē.
Animus p quatuor gradus ascendit ad
spiritū. Prima ratio. Capitulo primo.

Ertiaz nūc dispu
tationis ptem ag
grediemur: q̄ pro
positū nostrū ostē
dit p intelligēdi
virtutē: si pius ex
posuerimus: quo
pacto alius noster
sm Platonicorū
sniam p quatuor
gradus cognoscē
do a corpore ascendit ad spiritum quoruz
est postremus intelligentia. Ascendit enim
per sensum: imaginationem: phantasiam
intelligentiam. Per sensum quidez videt
Socrates Platonē. Ubi incorporale pla/
tonis simulacrum absq; Platonis mate/
ria attingit per oculos. Ea tamen condi/
tione: vt oculus Platonem non videat
aliter: quam corpore ipso platonis ptēn/
te. Deinde etiam absente Platone per in
ternam imaginationem Platonis cogi/
tat colorem: figuramq; : quam viderat.
Item Platonis suauem illam: quam au/
diuerat vocem: & reliqua: que per quinq;
sensus acceperat. Surgit huiusmodi ima
ginatio supra materiam magis quam sen
sus: tum qz: vt cogitet corpora: pres: n//
ria illorum non indiget: tuz quia ipsa vna
facit quicquid quinq; sensus omnes effi/
ciunt. At enim non omnino pura est: ga
nil aliud sapit quam quod sensus accepit:
siue concepit. Sensus quidem circa cor/
pora: imaginatio circa imagines cor/po/
rum per sensus acceptas: siue conceptas
sese volutat. Paulopost Socrates p phā
tasiam de hoc vniuerso Platonis simula/
cro: quod per quinq; sensus imaginatio
ipsa collegerat: sic incipit iudicare. Quia
hic tam procero corpore: ampla fronte: la
tis humeris: colore candido: glaucis ocu
lis: elato supercilio: naso aquilino: ore par
uo: voce Plato hic est: homo pulcher;
bonus discipulus dilectissimus. Cernis
quantum excellat imaginationis Socra/
tis phantasia. Imaginatio ipsa tale/m qui
dem collegit Platonis effigiez. Sed quē
designaret: & qualem effigies illa non no/
uit. Phātasia iā discernit: eā esse effigiē
hominis huius: qui plato vocatur: effi//
gieni pulchram viri boni: atq; amici. Er//
go in his sensum aliquem habet iam sub/
stantie: vt quidam putant: & pulchritudi
nis: bonitatisq; : & amicitie. Platonici tā
men substantiam a phantasia cognosci re
vera negant: quoniam rationem substan
tie non agnoscant. Imaginatio neq; sub
stantiam rei suspicatur quidem. Sed rei
superficiem exterioremq; picturam: phan
tasia substantiam saltem auguratur: dum
pronunciat obuius: ille homo aliquis est
& Plato. Atq; etiā res incorporales quo
dammodo somniare videtur: dum Pla
tonem iudicat pulchrum bonum: amicū;
discipulum. Pulchritudo enim bonitas
amicitia: disciplina: incorporalia sunt.
Neque sensibus neq; imaginationi paren
tia. Huiusmodi quidam conceptus phā
tasie incorporales quodammodo corpo//
rum intentiones vocantur. Verum non
dum super materiam prorsus animus euo
lat: tuz q; phantasia intentiones huiusmo
di esse incorporeas non agnoscit: q; huius
modi Socratis phantasia inspicit & prie
hominem hunc Platonem: scilicet, hoc
in loco: & situ: in hoc tempore: & hoc dict

hanc pulchritudinē:hāc bonitatē: ⁊ reli/
qua eodē pacto. Ubi platonem sub eisdē
conditionibus in seipsa depingit:quibus
extat ⁊ in materia. At enim dū phantasia
circa singulares hominis huius conditio
nes vagatur:intellectus cōmunes conci/
pit rōnes:⁊ vteꝝ simul suum opus exe/
quitur. Sic enim intelligētia ratiocinat.
Qualis homo est plato:talis ferme Anti/
sthenes:talis est ⁊ Xenophō:effigie similes
pulchri eque:⁊ boni amici:discipuli eodē
modo. Ergo in his tribus vna est cōmu/
nis humanitas:per quā eque sunt homi/
nes:vna pulchritudinis natura:vna ēt bo
nitatis:p quas eque pulchri sunt: ⁊ eque
boni. Humanitas ipsa:que his cōis est:in
numerabilibus quoq; alijs:qui sunt:fue/
runt:erūt ve:quocūq; in tēpore:⁊ quocū/
qz loco nascātur:cōis existit:similiter pul/
chritudo:⁊ reliq̄. Sz qđ loquor de huma
nitate:de reliqs ēt dictū puta. Si ergo hu
manitas singulis psonis:locis: tēporibus
se eque cōmunicat:nulli est astricta pso/
nę:nulli loco:nulli ēt tēpori. Natura huius/
modi singulas cōditiones corporū videt
trāscendere. Est ergo sm seipsam quodā
modo incorporea:⁊ qa corporibus singu/
lis se infundit:ex quo ⁊ in alio est:⁊ i mul
tis:⁊ super id:quod in alio est:eē opz id:
qđ in seipso manet:⁊ super illud vnuz:qđ
est in multis:esse opz vnum ipsum:qđ in
seipso cōsistat: Idcirco sup corpora oia ex/
tat rō quedā:ideaq; humanitatis ipsius:
cuius participatiōe q̄daz:vel similitudine
hoies siūt:qcūq; sunt hoies. Siqdē natu
ra illa:q̄ psonis singulis est cōis:neq; con
tingit casuz:q; semp similiter ordinat:neq;
per se subsistit:cū nequeat in se subsistere:
Eget enim materie fundamēto. Fit ergo
a cā quadā:nō tñ fit a materia:que seipsaz
non formal:nō a persona vna:que nō po/
test operari in omnes:que ve quicqd agit
proprium agit:reliquis non cōmune. Nō
ab omnibus personis:que quātum inter
se differunt: nō cōmune aliquid faciunt:
sed diuersa:quātum conueniunt per hanc
ipsam naturā conuenīūt:imo per eā cōsti/
tuūt:tāto illius priorē:quanto est ipsa simpli
cior. Quippe ipsi tanq̄z priori ꝓprietates
variē supueniunt ad psonas ꝓstituendas.
Fit tñ ipsa ab vna quadam forma:postq̄
vna est:que forma sit sup multitudinez p/
sonaruz:ne illa quoq; fiat ab alia:atq; alia
rursus ab alia sine fine. Sic ad diuinā ideaz
ascendimus:que necessario est sup oēs:vt
eque agat in oēs:⁊ cōmuni natura conci/
liet. Si a parte:que sub toto est ad totum:
ab hoc ad id:quod sup totum surgendum
est:merito a singulis psonis:que in ptib⁹
loci:tēporisq; sunt:ad naturam illius sm se
cōem surgimus:que quasi p oēm locū sit:
totūq; tēpus:ab hac ad rōnem:que super
locū totū:tēpusq; existat:quā plato vocat
ideā. Ipsam deincepe diuinā ideā suspicit
intellectus:siue aduđ seipsum:siue in diui
no lumine existentez. Nō enim dictat spe
cies naturales:q; semiterne sūt:a eā mo/
bili esse nō posse. Aliogn p motionem fa/
cte quādoq; deficerēt. Facte tamē sunt:q;
ptes sunt vniuersi:qđ est aliūde cōpositū:
⁊ a cā vna oēs sunt. Siqdem ita ordinate
sunt inuicem:vt in vna natura: in vnum
opus:finēq; conducant. Hinc intellectus
humanus concludit super mundum mo
bilem in mente imobili motrice mūdi eē
species spērum naturalium exemplaria.
Nō in natura corporea:vel animali. Mo/
biles enim forent:sed intellectuali:imo in
telligibili:intelligibilia enim in summo in
telligibili sunt collocāda. Non tamē talis
argumētatio necessaria est:vt intellectus
rōnes rerum cōmunes attingat. Immo si
cut phantasia suapte natura de rebus iu/
dicat singulatim:ita intellectus vi natu/
rali statim absq; vlla discursione:simul ac
depicta est singularis imago illa Platō/
nis in phantasia:subito tnq̄ dimisso cer/
to hoc hoie:humanaz illam cōem omni/
bus rem naturam:tum ideam excogitat.
Picta illa pulchritudine:⁊ bonitate: illi/
co vniuersalem pulchritudinis:⁊ bonita/
tis cogitat naturam:rationemq; in nulla

certa materia:nullo proprio situ:vel tempore positam:sed vel in omni materia:vel absolutam a materia in seipsa simpliciter
D subsistentez. Quapropter sensus circa corpora versatur. Imaginatio circa simulacra corporum. Phantasia circa singulas simulacrorum intentiones. Intellectiue circa singularum intentionum naturas cōes:ac rationes penitus incorporeas. Deminisse vero oportet intellectū non vniuersalem modo naturā:sed particularem quoq; cognoscere:aliogn non posset vtrāq; inuicē cōparare:cognoscere insup vires infra se oēs:actusq; ipsarum:quando oēs comparat ad seipsum. Porro tamē vniuersalem
E q̄z particularē naturam ab ipso cognosci pene oēs consentiunt. Siquidē pro natura formę intelligibilis in primis agit. Ea vero cum abstractione quadā cōcipiatur:absoluta est:vnde naturā in primis refert vniuersalē. Quam quidē viz a virtute intellectus in quo:et a quo est:adipiscit:quasi intellectus ipse sit absolutus. A simulacro vero:qđ in phātasia est:particulare solum repręsentat. Quod qdem particulare ab intellectu solum secūdo quodā actu atq; reflexo prospici tum platonici:tū peripatetici plurimū arbitrātur. Quatenus intellectus postq̄z subito:rectaq; via p speciem vniuersale intuitus est:in re discursu quodā p actū:spēmq; i simulacrū:quo incitāte:spēs cōcepta fuerat:sese reflectēs:particulare iaz prospicit. Ideo motus ad incorporea:absolutaq; maxime naturalis est menti:quandoquidē primo:subito:recte ad ipsa se confert. Vbi apparet intelligendi virtutem esse prorsus incorporalez. Si ergo per opera nutriendi:atq; itez per opera sentiendi:quorum prima in corpore fiunt. Secunda per corpus:et circa corpora:constēdimus:aiam nō esse diuisam in corpore.quāto magis purādū est:idez quoq; p opera intelligēdi patere:Atq; illud insup:aiam. I. neq; ducere originē a materia:neq; esse mortalē. Siqdē ipsa p se intelligēdi opus exequit:in quo materiam relinquit oino:atq; ad icorporales ascēdit:et perpetuas ratiōes. Age itaq; videamus:qua via possimus quod querimus per opera:et affectus intelligentie inuenire.

¶ Secunda ratio. Anima alitur veritate. Capitulo ij.

F Alimētū ea rōne assumit:vt in substantiaz eius:qđ alendū est:trāseat sicut comeditur panis:vt caro efficiatur. Ideo cibus cognatus admodū esse debet illi:qđ est alenduz:vt possit in eius naturam facile ptrāire. Ita aquatica aquatis alimentis:terrestria terrenis:aerea pascūtur aereis. Similiter corpora corporalibus:incorporea incorporeis nutriuntur. Non.n. corpus transit in spūm:neq; spūs migrat in corpus. Quia nō subest illis cōia materia:p quam:et in qua inuicē se cōmittent. Constat aiaz corporibus non nutriri. Cōstat incorporeis ali. Constat igit eam esse incorporalez. Si aliquibus aia vesceretur corporibus:illis maxime vesceretur:quibus et corpus suum. Nam cum istud maxime aie congruat:alimenta etiam sua inter omnia corporalia cōgruent maxime: dūmodo alimenta illa adeo teneant:atq; purgent:vt corpusculo illi subtili:quod vulgo anima esse putatur:pueniant. Erit igitur in corpore pingui validior aia:q̄z in tenui. Acutior ad inuenicndum:ad reminiscendum firmior:promptior ad agēdum. Ad petuincendas turpes corporis illecebras continentior. Magnanimitas in grandi corpore:in paruo pusillanimitas. Crescente corpore adolescet animus:etiam si nihil discat:si nullo studio rerum exerceatur. Decrescente per etatem corpore:et viribus:eius debilitatis:sapientia:iudicium:constantiaq; perdent. Post epulas:et vina acutius erit ingenium:et sublimius. Ea hec acciderēt:si aius cibis corporalibus coalesceret. Horum vero nunc contraria fiunt. Animus igitur corporalibus nō pascit alimentis. Quid ergo:nullus. Ita erit eternus:si nulla alimonia indigebit:qđ nos maxime cupimus. An forte

spiritalibus vescatur epulis. Immo vero alys multis oino: quod sapienti viro non est dubium: qui talibus alitur sepenumero. A Neq; assentiendum est epicureis opinantibus animam cum corpore coalescere: quia maiores vires sint in pueris grādiusculis q̄z infantibus: atq; inde adolescentes in dies viribus prestent: virtq; similiter: donec rursus senescente corpore minuātur. Siquidem ea est anime ad membra cōparatio: que artis ad instrumenta. Ars autē sepe eadē permanēs: atq; similis modo facilius instrumēta mouet: modo difficilius. Quoniam hec alias aptiora sunt: alias ad motum ineptiora. Sic q̄z uis eadez semp vis sit in anima: membra tamē p̄pter nimiam aut mollitiē aut ariditatē: neq; cōstant eque: neq; flectūtur. B Atq; ipsa vis: q̄ videtur in corpore esse: nō tam carnis sequitur pondus: q̄z proportionem mēbrorum naturalē: conformationēq; artificiosam. Que quo ad spiritu potius pertinēt q̄z ad molē. Scis etiā: que ineſt aie: nō corporis acquiritur incremento: quod patet in ijs: qui torpent ignauia: in quibus crescente corpore: nihil proficit animus. Sz ex ipsa animi industria comparatur ingenio: vsu: affectu. Quis neget tempore vires corporis comparari? Animo autem sepe momento fortitudo prestatur: quando vel ratio aliquid monstrat: impetq; magnificum: vel furor arma ministrat. Et sepe pusillus homo superat grandiorem. Et qui non crescit corpore: crescit tamen sepe virtute animi. Immo dum decrescimus corpore: sepe animo crescimus. Scientiaz: magnanimitatēq; sepissime acquirit subito animus. Corpus aūt neq; dare quicq̄ potest: neq; accipere: nisi tempore. C Deniq; virtus animi est equalitas quedaz: vt magi tradūt: per quaz animus t sibimet: t ipsi vero: bonoq; consonat. Si quo pacto quadrangularis quedam linea circularis efficiatur: perfectior quidem: non tamē q̄ longior fiat: sed q̄ equalior. Rursus si temperetur ira: perfectior erit: nō q̄ grādior fiat: sed consonantior. Ira cum adolescens aliquis virtute adolescit: tūc anima non quantitate crescit: sed spirituali quadā equalitate: t consonantia proficit. Neq; obijciat quisquam ita: quod quando corpus neque grauatur epularum nimio pōdere: neq; lame languescit: sed mediocriter alitur: tūc animus similiter enutritur: fitq; in eo statu validior. Aliter autem cōtra: nam id quidem verum est. Animum in eo hominis statu valere q̄ plurimum. Non tamen hoc inde prouenit. Quod similiter alatur: vt corpus: sz quia animus natura regit corpus. Et quando ipsum egrotat: grauaturq; animus ad eo in eo curando: atq; regendo occupatur: vt ad inquirendam veritatem non sit intentus. Quieto autez corpore expedite mens speculatur: t tunc maxime propius vescitur alimentis. Escam vero animi: quam esse dicemus aliam? Preter illam: quam esurit semper: t sitit? qua parta: gaudet sumopere: qua sumpta: crescit: impletur. Omnis animus tū in omni etate: tuz cōtinue veritatem pre ceteris appetit. Quā in omni arte querunt artifices: t in qualibet re: quid de re ipsa sit: verum etiam infantes interrogant curiose. Neq; semel aut bis: aut ter singulis diebus: vt corporis escam: sed momentis singulis: verum in omnibus negocijs inuestigant. Proinde veritatis acquirende studio alimoniaz corporis preter mittimus sepenumero. Neq; tempore: neq; pecunie parcimus: neq; laboribus eneruamus corpus: quo eneruato: animus fit neruosior. Hanc veritatem animus ipse cupit: non corpus. Nec enim corpus nō auget: sed obest plerunq; illius studium corpori. Quinetiam propter seipsum expetit illam animus: nō ꝓpter corpus. Quid enim corpori conferat? Quod si quando videatur veritas cōducere corpori: non propter ipsam veritatem id euenit: sed ꝓpter aliquod cōmodū corporale: quod: cognita veritate: contingit. Immo vero animus etiam: si nihil in

de sequatur vtilitatis: veritatem studiose perquirit: & pleno cibis suis corpore: esurit: sitiq; adhuc animus veritatem. Quam inuenta: epulatur: non ad tempus: sicuti propter corporis vsus: sed perpetuo gaudet: illuminatur: adolescit: euadit magnificus adeo vt illi pre magnitudine sua minima videantur illa: que solent esurienti animule videri quammaxima. Hec etiam alimonia sit inuictus: temperans: iustus: hominum gubernator: & dominus: excelsior celo: par angelis: deo similis. Quis igitur ambigat vlterius: quin veritas humane mentis naturalis sit esca. Eandem escam omnes appetunt mentes. Eandem quequeq; semper. Que quidem consensio stabilis appetendi significat: mentes inter se mirifice conuenire: & quamlibet mentem in natura sua stabilem permanere: quandoquidem appetitus earum non ita variatur: mutatur ve: vt appetitio sensuum: que pro diuersitate corporum diuersa est: & ad mutationem corporis permutatur: quasi sensus corporum mutationem sequantur. Adeps diuinorum stabilitatem. Odit nanq; corporis alimenta: atq; eodem cibo vescitur: quo celestes: & sempiterne mentes. Hic cibus est veritas. Veritas autem non est corporea: alioquin rebus incorporeis non ineesset. Nunc autem inest Deo: angelisq; & numeris: que & incorporalia sunt: & vera. Et quoniam incorporalia tanto veriora sunt corporibus; quanto puriora; firmioraq; sunt: fit vt veritas in illis sit potius quam corporibus. Atqui: quod maius est: non est proprie veritas in corporibus. In his enim duo sunt: materia: & forma. Non est veritas in materia. Nam per eam nihil vere in specie aliqua rerum est: non homo re vera per eam aliquid est: nō equus: & reliqua. Neque tamen in forma corporis iacet veritas: cum vera forma non sit: cuius virtus inficitur in materia. Testatur hoc & mathematici: qui veras figuras in corporibus non reperiunt. Verus quippe circulus locatus in vero plano assidue volmitur: hoc fieri ratio cogit: cum circulus ille planum tangat in puncto. In puncto autem corpus quiescere nequeat. Nemo hec in corporibus vidit vnquam. Non in sunt igitur vere figure corporibus: quia forte neq; vera principia figurarum: saltez quantum spectat ad sensum: qualia sunt puncta: linee: superficies. Ratio quidem ostendit verum punctum longitudine carere debere: veram lineam latitudine: superficiem veram profunditate. Talia vero in materia nusquaz sensu reperiuntur. Cum ergo alicubi sit veritas: & a corporibus sensuq; abfit: est procul dubio in spiritibus. Est igitur incorporea. Idem ex eo patet: quia ibi maxime consistit veritas: vbi scientia. Hec vero in rationibus rerum vniuersalibus, re vera versatur: cum quis cognoscit: quid bonitas ipsa sit: quid iustitia: singulis bonis: & iustis actionibus: officiisq; communis: atq; similia. Rationes vero huiusmodi incorporales sunt: quoniam in nullo particulari corpore concluduntur: sed sunt ad multa communes. Ratio corporis vel circuli rotā in minimo corpore: vel circulo: sicut in maximo reperitur. Ratio longitudinis: vel latitudinis: vel profunditatis tota in minima linea: superficie: altitudine: sicut in maxima. Denicq; ratio quantitatis ipsius tota adequatur toti rei cuiuslibet quantitati. Quapropter rationes corporis: figure: dimensiones: atque ipsius etiam quantitatis corporales: & extense non sunt. Multo minus rationes alie corporales: & extense esse possunt. Preterea rationes rerum immutabiles sunt: nam aliter se habere non possunt. Omnia, vero corporalia mutabilia sunt. Quapropter scientia cum in his versetur: est incorporea. Igitur & veritas incorporea. Quo fit: vt de ipsa veritate rerum quid sit: qua ratione consistat: inueniatur que:

qđ ipſi ſit propinquius: qđ ve remotius: non ſenſus vllus: ſimo ſola ratio iudicet: ⁊ tunc potiſſimū: quando ſeſe a ſenſuuz: ⁊ cor poriq; fallacia ſeuocat. Eſt ergo veritas incorporea. Talis eſt aūt maxime veritas: ⁊ ſcientia diuinoꝝ. Qua precipue nitus ob lectatur: ⁊ alitur. Quo igitur mō aius po teſt corporalis eſſe: qui corporalibus cibis offendit: ſpiritalibus alitur. Quādoqđ dez veritate omni: preſertim diuinarū rerum veritate delectat: alitur: augetur. Aut quo pacto mortalis erit: ſi veritate paſcitur im mortali? Cū neq; corruptibilis venter ci buz incorruptibilē cupiat: aut capiat. Ne q; cibus incorruptibilis in corpus tranſe at corruptibile. Sane immortalis eſt veri tas: atq; eſt cōtinuus animi cibus: vt cer te eſt: ſiue ipſa cōuertatur in aium: ſiue ani mū in ſe ipſam cōuertat: rū effcit immorta lē. Quoniam vero oū familiari hoc veſci tur cibo: ea voluptate pfunditur: que ne q; moleſtiā pēt admittam: neq; in faſtidi um vertit: vel dolorē: conſtat mentē neq; fatigari vnq̄; neq; turbari cōtrary alicu ius obcurſu: neq; in contrariū aliqđ poſ ſe corūpi. Rurſus q; menti nihil natura optabilius eſt q̄; veritas: veritas aūt p ſe paratione quadā a rebus mortalibus cō parat: nihil menti: qua rōne mens ē ma gis ē naturale: familiareq; q̄; a mortalib⁹ ſegregari. Et eo vero: qđ maxime natura le eſt nō remiſſio vite ſegtur: ſed intenſio. Quapp tunc viuet mēs p̄cipue: cuz hinc abierit. Hanc vero argumentationem no ſtrā argumentatione quadā Olympiodo ri platonici confirmare poſſumus: quam partim phythagoricis: partim platonicis myſteriis a phedone: gorgiaq; acceptis ſic ille cōtexuit. Mens naturali veritatis auiditate p̄tinue tum ſe a corpore: tum ſor mas a materia ſeparat: cupitq; ita: atque conatur ſeparata viuere: quāuis quotidie in contrarium corpus: ſenſuſq; vetorque ant. Separatam vero illam a caduco cor pore viram naturaliter appetit tanquam naturaliter: id eſt reuera bonam: preſertim cum vita ſit omnino dedita veritati: atq; bonitati. Vita cuiſmodi ſi bona eſt: ergo ⁊ poſſibilis eſt. Quod enim impoſſibile eſt: idem quoq; inutile. Bonum vero in utile non eſt dicendum. Item ſi impoten tia ad malum pertinet: ad bonum poten tia pertinet. Ergo bonū omne natura ſua poſſibile eſt. Hinc efficitur: vt naturalis appetitio boni ſit poſſeſſionis poſſibilis appetitio. Ac ſi etiam quod apparet bo num: eſt poſſibile: certe ⁊ ipſum re vera bonum potentiſſimū eſt: ⁊ vera bona ve re beneq; querentibus poſſibilia ſunt.

¶ Tertia ratio. Virtus anime: q; indiui ſibilis eſt: corpis qualitas eē neq;. La. nſ.

Quod indiuiſibile eſt: corporis quali tas eſſe nequit. Naz ſi qualitas eius eſſe ponatur: ita interrogabimus: nunqđ tangat partē aliquam diuiſibilē corporis an punctū aliquod corporis indiuiſibile. Si cōceditur primum: profecto qualitas huiuſmodi diuiſibilis erit: cū modo diui ſibili tangat. Atq; ita nō indiuiſibile diui ſibili ipſius erit qualitas: ſed alicuius diui ſibilis diuiſibile. Si ſecundū conceditur: certe illa qualitas puncti illius: qđ attin git ſolum: qualitas eſt: nō corporis. Quā obrē quod indiuiduuz eſt: corporis quali tas nunquam erit. Indiuidua vero vir tus anime humane ē qualitas. Igitur ani ma non eſt corpus. Sufficiens quidē pu tabitur huiuſmodi demonſtratio: ſi duo illa plan⁹ oſtēderimus. Videlicet ⁊ vir tutem eſſe anime qualitatem: ⁊ hanc ip ſam virtutem indiuiduam eſſe. Primuz cuiq; eſt euidentiſſimum: quandoquidez per virtutis preſentiam talis: ac talis ani ma fit: ⁊ dicitur ſapiens: prudēs: iuſta: for tis: ⁊ temperans. Atq; ab eſſe virtus ab anima poteſt: alia remanente. Huiuſmodi vero eſt conditio qualitatum. Secunduz preterea illud: videlicet virtutē eſſe indi uiſibilem ſic oſtendimus. Virtutum duo ſunt genera. Alie in intellectu. In appe ritu vero: ſiue rationali: ſiue irrationali alie. Ille ſpeculatiue vocantur. Iſte mo/

rales. Ille speculatiue: q; speculando com parant. & comparate versantur in specula do. Iste morales: q; more & consuetudine acquirunt: atq; acquisite in moribus: & operū vsu consistūt. In eo genere sunt diuinorū sapientia: scientia naturaliū: ciuilium prudentia: ars operū humanorum. In hoc sunt iustitia: q̄ suuz cuiq; tribuit. Fortitudo que ad opera honesta prōptior abicit a nobis timoris impedimentū. Temperantia: que libidinis mollitiem: quod alterū honestorum impedimentum est repellit. Hec quidem sunt apud Platonem virtutum discrepationes. Si qua esset in iis virtutibus corporea magnitudo: quo quisq; grādior est: eo sapientior: iustitior; q; fieri posset. Neq; possent exigui homines grandes virtutibus superare: aut equare. Rursus scientia: que maximorum corporum notitia est: amplior & clarior esset q̄ scientia: que minorum. Cognoscimus aut multa: quorum non valemus magnitudinem adequare. Totusq; animus & eque & ita rem magnam percipit sicut paruam. Summatim vero quid aliud speculatiua virtus est: nisi claritas intellectus? Quid aliud moralis: nisi seruor stabilis appetitus ab intellectus claritate successus? Claritas illa non paulatim fit. lucet ad ea pe detentiq; peruenimus. Sicut post longā per vestigia multa inuestigationez subito lepus aspicitur: ita q̄q; in seipso aliquem: se momento: quid verum sit: ea de re: q̄ quesierit intueri. Subito veritatis lumen: vt Plato inquit: effulget in animo: nō subito ex cussum a rebus: sed longa quadam discussione: vt ex lapide sepius collisso scintilla. Similiter diuturna consuetudine inuentus ad mores disponit. Donec paululum quid ad accendendum stabile illum: & ōnalem q; appetitus ardorem deficit: nondum sufficienter accenditur: nondum virtus moralis habetur sepius inspirando: subito tandem flagrat estus appetitus sufficiens ad virtutem. Quid plura? Verso ad solem speculo: in speculo lumen memento refulget. Suppositi illi speculo lana: statiz vt parata est: in ipsa ignis accenditur. Quare & repentinus splendor in speculo fit: & repentinus ignis in lana. Non aliter subita in intellectu claritas veritatis subita inde in appetitu flagrantia. Resumme iterū hoc pacto. Virtus speculatiua est q̄dam cognitio veritatis. Si gradatim consectetur: pars nunc q̄dem habebit: pars deficiet: & queretur. Quatenus pars veritatis habebit: sciemus q̄dez. Quatenus pars deerit: etiam nesciemus. Ita eandem rem & sciemus simul & nescimus. Quod nec ebrius q̄dem aliquis somniaret. Quapropter speculatiua virtus nō gradatiz a parte sui in aliam sui partem progreditur: sed tota simul e vestigio lucet. Virtus quoq; moralis est voluntas quedā constās quod cūq; rō dictauerit eligendi. Si partes habeat multas: fiatq; sensim: pars huius voluntatis inerit: pars adhuc aberit. Quantū pars inest volumus. Quantū pars abest: etiam nolumus. Sic eandem rem simul per eandem vim anime volemus pariter atq; nolemus. Quod est nostro pīmile. Quoniam igitur virtus fit momento indiuisibile: est ipsa quoq; indiuisibilis: si modo natura cuiusq; propriam originem sequitur. Presertim cū finem habeat indiuisibilem. Cuius autem ortus & finis indiuiduus est: cur non sit ipsum etiam indiuiduum? Quis virtutis finis? Moralis quidem finis animaz a corpore diuisibili purgare: atq; seiungere. Speculatiue autem incorporeas vniuersales; rez rōnes a diuiduis corpibus peul positas cōprehendere. Cernis finem vtriusq; virtutis: sicut & ortum: esse indiuiduum aliquid. Idcoq; virtutes ipsas oportere indiuiduas iudicari ostendunt vtreq; virtutes huiusmodi quandam sui naturam in eo quam maxime: quod multe scientie simul in intellectu sunt. Multe virtutes morales simul in appetitu. Neq; sese sua numerositate confundunt: sed augēt potius & lucidāt.

Atq; vnius scientie conceptionē in nobis seorsum ab alia putemus: ita vt sine consideratione alterius possimus alteram cogitare. Proinde tales habemus artificiorum ideas in mente: vnitas inquam pariter: & distinctas vsq; adeo: vt possimus ad vnius idee exemplar loqui: & fabricare aliquid ipsi proprium: & si nihil ad alterius cōceptionis exemplar agamus. Corpora esse nequeūt tales intelligentie. Que ita in eodem manent anime gremio: vt neq; sese detrudant: pellātq; neq; se mutua mixtione cōfundant. Eadē est de moralibus virtutibus ratio. Quinetiā cū multe sint in anima sapientis intelligentie: vnaquaq; illaruz tota in singulis inuenitur. Profecto qui in geometria: siue theologia peritus est: ppositionē aliquaz habet facultatis illius primā: habet secundam: tertiamq;: & reliquas. Atq; ex cognitione vnius in alterius cognitionē pgredit. Si prima docet secūdam: secūda tertiā: & qsquis docet aliquid possidet in seipso quod docet: sequitur: vt in qualibet p̄cedente ppositione sequentes omnes continean:ur. Quinimo & in qualibet sequente insunt similiter p̄cedentes. Quippe solemus sequentiuz indicys precedentia sepe rimari. Neq; id inuria. Siquidē in effectibus lucent imagines causaz: hac rez serie fit: vt sapiēs vna quauis ppositiōe excogitata: velocissime peurrat in multas. Atq; ita multas: imo omnes in vna conspiciat. Est ergo qualibet intelligentia in qualibet: & vna queq; tota cōtinetur in singulis. Idem in virtutibus moralibus accidit. Nam acquisita illarū vna: statim omnes habent. Quis .n. iuste distruet: si aut timeat minas: aut lidinini seruiat. Quis nam metus fortiter superabit: si demolliatur libidine? Quis domabit cupiditates: si formidini succubuerit? Deniq; quis honeste vitam aget: nisi per prudentiam optimum vite finem statuerit? & vias ad finem elegerit rectiores? Aut quis prudenter inspiciet: si mentis acies caligine vitiorum obnubiletur?

Sunt ergo virtutes iste ita connexe inuicem: vt in vna sint omnes: & quelibet virtus tota comprehendatur in singulis. Sicut & tota geometrie facultas in precipua eius propositione: imo in qualibet delitescit: cum per solertis ingeny sagacitate ex qualibet propositione omnes eliciant. Nō pōt aūt diuisibilis qualitas tota simul rebus multis inesse. Profecto i vna sola est: idest corpore vno & alias sui partes p alias corporis ptes extendit: neq; tota eius quālitas singulis corpis partibus inest: ideo intelligentie ille moxeq; omnino indiuisibiles sunt. Quāobrem aia neq; corpus: neq; forma diuisa p corpus esse potest: siquidem ipsa est subiectum indiuisibiliuz qualitatum. Ergo sicut delirat qui aut querit quanta sit scia: vel iustitia: aut putat geometriā corpore geometre esse minorez: ita delirit qui aut interrogat: quāta sit anima aut eā opinat corpore minorē esse. Quandoquidē nullo modo corporalis est. Non solum .n. incorporalia suscipit: verum etiā multa in seipsa facit incorporalia: dum species rerū rationesq;: & habitus cōcipit: presertim cū deffinitiones incorporalium fabricat. Quis aūt eam que incorporalium causa est: esse dixerit corporalem? aut eam mortalem? que subiectum est virtutuz: cū virtutū officiū sit repugnare mortalibus siquidem speculatiua virtus illa fugit: moralis fugat. Non potest autez qualitas subiecto proprio repugnare. Immo immortale est illud necessario: quod naturale recepraculum: est qualitatum earum: quarum proprium est aduersari: & imperare mortalibus. Vis autem rationis huius in eo cōsistit maxime: q; anima nō modo subiectū est talium qualitatum: sed & principium: ideoq; naturam illā mortalibus repugnātem sortiuntur ab anima.

¶ Quarta ratio. Species: cōceptioq; intelligibilis suscipi non potest a corpore.

Capitulo. .iiij.

ID sentiunt greci omnes Platonici. Idem possumus ita Platonico-

rum arabum sententia confirmare. Intellectus rem aliquam: puta hominem: non intelligit: nisi formã quandam vniuersalẽ hominum significatricem adipiscatur: q̃ intelligibilem formam: ⁊ speciem nominant. Hanc adeptus quid sit hominis natura ita iudicat: homo est animal rationale. Iudicium hoc: tum conceptus: ⁊ cõceptio mentis vocatur: tum rei cognoscende ratio ⁊ deffinitio. Quam etiã solemus scientiam appellare. Si intellectus a corporis latitudine protendatur: tam forma intelligibilis quam conceptio latitudini corporis adherebit. In hac ipsa latitudine duo considerantur: punctum scilicet ⁊ extensio latitudinis. Igitur formę illius: conceptionisq̃ sedes erit: vel solum punctum aliquod corporis vel extensio. At vero si neutrum concedi debet: vt demõstrabimus: sequitur vt intellectus in corpore minime protendatur. Ostendamus prius punctum sedem talem esse non posse. Primum quidem aiaduertendũ est punctum non existere per seipsum: sed esse mẽsure corporis sic affixum: vt semper eius sit terminus. Si pro natura sua rem capit certe nunquaz accipit: nisi terminum aliquem magnitudinis alicuius que in illa corporis mensura suscipiatur: cuius terminus est punctum. Ita vt sicut corporalis mensura suscipit rei aduenientis magnitudinem sic talis mensure terminus terminum suscipiat magnitudinis. Quare quicquid puncto corporis suscipi dicitur: non est a magnitudine liberum: ideo si formę intelligibilis receptiuum sit punctum fieri non poterit: quin ea species diuisibilis sit: ⁊ terminum suum in puncto corporis habeat: reliquas vero partes in corporis latitudine. Eam tamen indiuisibilem esse probabimus in sequentibus.

Preterea si dicatur: punctum ita formaz illam capere: vt solum ipsuz sit eius sedes ⁊ fundamentum: atq̃ illa per hoc maneat a corporis latitudine segregata: oportet punctum quoq̃ esse diiunctum a latitudine]. Presertim cum nihil sit proprii accidẽtis alicuius subiectũ: nisi qõ ꝓprie existit actu. Punctũ hmõi erit a linea separatũ: neq̃ erit linee aliquid: neq̃ terminus latitudinis. Et linea p aliud quoddã punctũ huic ꝓximũ terminabit. Rursus aliud illud punctũ siꝝ ꝓprio existet actu: quo possit ⁊ ipsum accidẽtis forme sedes fieri: eritq̃ ipsum quoq̃ seiunctũ a linea. Precipue cũ sit eadẽ puncto q̃ oium rõ. Quo efficit: vt aut nullũ sit punctum in linea: quo nihil est dictu stultius terminis nãq̃ careret: aut linee longitudo cõficiat ex punctis quod ẽt dictu ridiculũ: q̃ punctũ puncto additũ nõ auget longitudinẽ. Quod ea rõne conspicit: qñi si tria pũcta cogitent sibi inuicez succedẽtia: interrogabimus nunqd punctũ illoz medium cogat duo extrema puncta inter se ita distare: vt se inuicẽ non ꝓtingant: aut non impediat extremoz concursionem. Si distare cogat certe nõ eadẽ sui parte tangit eorum vnũ: qua tangit alterũ: alioquin non diiungeret inuicem. Quod si altera parte sui vnum extremorum respicit: altera alterum ipsum duabus partibus constituit: nec est punctum. Siquidem est diuisibile. Quare cogimur confiteri punctum medium non impedire aliorum concursionez. Itaq̃ erunt in omnibus omnia neq̃ vllam suo cõcursu efficient longitudinẽ. Quando per punctum medium nullum inter alia puncta noscitur intervalluz. Si non constat ex punctis aliqua corporis lõgitudo: nullum reperitur in ea punctum: quod per se quandoq̃ ita possit actu fieri vt fiat intelligibilis forme subiectum. Dixerit forte quispiam: punctum non actu sed potentia esse in corpore: ⁊ per eam ipsam potentiam fieri intelligibilis forme subiectum. Quamuis id iam fuerit confutatum: sic tamen iterum confutatur.

Puncta huiusmodi tum quia potentia sunt: non actu: tum q̃ sunt infinita: nulla rõne ita inuicẽ distinguunt vt aliud illoz potius q̃ aliud forma illã capiat. Omnia

traq; illam capiunt. Quo circa intellectus aut infinitas simul rei cuiusq; intelligẽde formas accipiet actu: aut infinite simul p infinita pũcta rẽ eandẽ intelliget. Utrũq; impossibile est: tum esse formas infinitas actu: tũ esse simul intelligẽtias infinitas. Per hec manifestũ est: punctum corporis intelligibilis spẽi sedẽ esse nõ posse. Sed nunquid ipsa punctorũ continuatio: corporis ve extensio sedes erit. Nequaquam. Omnis enim forma: que diuisibili subiecto recipit: fit diuidua: quẽadmodũ niuis albedo niuis diuisiõe diuidit. Itaq; si a corporis latitudine spẽs illa suscipit: lata fit: & diuidua. Talem vero illam fieri impossibile est: quod sic ostendam. Si species secat in partes: aut partes ille dicũtur omnino similes esse: aut dissimiles. Sed horũ neutrum est admittendum. Non est admittẽdum: q; similes sint omnino: q; si ita similes sunt: vt in quauis parte ratio integra sit speciei totius: sicut i singulis aque guttis integra ratio totius aque seruat. Certe intellectus in qualibet parte inspiciet totum: atq; vna speciei pars ad totius rei intelligentiam satisfaciet: superflue erunt cetere. Preterea per talem speciem: que vndiq; sibiipsi persimilis est: & tali similitudine decipit intellectum inde ductus ad cognoscenduz: confundetur prorsus iudiciũ intellectus in partibus discernendis a toto: tum in qualibet re ex partibus cõstituta: tum vel maxime in re illa: que ex naturis variis est composita. Neq; poterit partes: vel a partibus: vel a toto discernere.

Alia tamen re vera ratio partis est: vt pes est. Totius alia: vt est totuz: & hoc semper per mentis iudicium affirmatur: cũ neq; ipsum totum pars esse valeat: neq; pars totum. Negandum igit arbitramur: speciei partes omnino similes esse. Ob eam maxime rationem: quia cuz mens rei partes intelligat: vt partes sunt & itelligat totum: vt est totum: & totuz vere distinguat a partibus: neq; possit vere distinguere: niſi aliqua sit in ipsis distinctio naturalis: sequitur vt partes intelligibilis speciei si modo partes habet: tam inuicem quam a toto naturali aliqua discrepent varietate. Accedit & alia ratio. Nempe partes que inter se: & ad totum similes sunt omnino quando totuz aliquod mutuo congressu conficiunt: non aliter perficiunt totuz q̃z per numeri: vel magnitudinis augumentuz. Quod in tritici granis: & aque guttis aspicimus. Ubi enim forma non variatur & tamen aliqua intrinsecus fit mutatio: incrementum ibi quodammodo fit: vel decrementuz. Itaq; illa mentis species: si talibus concrescit partibus: numerus aliqs erit: vel aliquid numerosuz: aut cumulus vel continuum aliquid. Ergo per illã numeros solum: & numerosa: aut magnitudines quasdaz intelligemus: siue figuras. Eritq; species ad imaginationem & phantasiam pertinens potius quaz ad mentẽ. Ex his concluditur formam intelligibilẽ in partes inter se similes minime diuidi. Num forte secatur in partes dissimiles? Sicut animalis corpus in ossa: carneo: & neruos? Nullo modo. Nam hanc formam mens: quid rei substantia sit: cognoscit: vt diximus: Substantia rei diffinitione maxime comprehenditur. Diffinitio genere constat: & differentia: vt hominis deffinitio animali constat & rationali. Animal genus est: per quod homo cum ceteris animalibus communiter cõuenit. Rationale differentia: per quaz differt ab animalibus carentibus ratione. Quare si qua sit i ea forma diuersitas partium: hec erit potissimuz per genus: & differentiam. Sint he due: si vis intelligitis formę partes. Sint extense per latitudinem corporalem. Quid hinc sequatur audi. Quia partes corporis diuidi possunt in infinitum. Idcireo vna cum illis tam genus quam differentia absq; fine secabitur: eruntq; in diffinitione vna innumerabilia genera: & inumerabiles differẽtie. Nec erit re vera deffinitio: q; non cõprehendetur ab intellectu: si infinita fue-

nita

rit neq; suis finibus terminabitur: ꝛ qđ absurdius est: vel infinite eadem genera: eademq; differentias replicabimus; vel a genere resoluendo ascendemus in genus in infimum: a differentia similiter dividendo descendemus in differentiam. Ascensus talis: atq; descensus impossibilis eq;. Quia ratio vera tandem ad prima rerum genera: ꝛ vltimas differentias pervenit: vltra que non liceat progredi. Eiusdem substantia suppremum genus est homonime: quod in genus aliud non resolvitur. Certa vero discurrendi potestas est vltima differentia: quam non licet in aliud differentiam coarctare. Auget errorem illum hoc pre ceteris: qp si genus ꝛ differentia in re aliqua sunt: infinita talia erunt assectu. Que enim ad rei essentiam conducunt: ꝛ ad ordinem pertinent naturalem: effectu: ac re vera existunt in natura: non cogitatione finguntur humana. Esse autem multitudinem aliquam talez re ipsa: siue effectu innumerabilem natura nō patitur: presertim in corpore: in quo tamen esset innumerabilis multitudo: si genera innumerabilia: ꝛ innumerabiles differentie per partes corporis pariter secarentur: totidemq; nanq; essent etiam ipsius corporis portiones. Rursus percunctamur epicureos: qui speciem diuidunt in intellectu velut formam in corpore. Et partez eius vnam in vna mentis parte locāt: verbi causa. Genus in parte dextera mentis: differentiaz vero sinistra. Cur dextra pars potius congruat generi? differentie vero sinistre? Nonne quelibet pars mentis eq; mens est? Ne ex partibus amentibus fiat mens. Quelibet igitur particula mentis eque vtrunq; tam genus: q; differentiaz respicit. Ideo quelibet capit vtrunq;. Nō si quelibet ambo suscipit: ꝛ in vtraq; sunt ambo: fit: vt illa non sint inuicem separata. Verum: vt epicurei volunt: casus efficit: vt duorum illorum alterum in dexteram cadat: alterum in sinistram. Sed respondeant nobis illi: vtrum sic deinde distincta permaneant: an inuicem misceantur? Si dent primum: sequitur: vt inde scientia non nascatur. Nulla enim fit definitio ex genere ꝛ differentia inuicem separatis. In neutro illorum seorsum posito perfecta habetur de re ipsa scientia. Misceantur oportet in vnum: vtvna scientia de re vna ab vna mente per diffinitionem vnā in vno tempore possit haberi. Oportet profecto vtrunq; in tota mente esse: vt vere intelligatur. Nam quod in parte mentis est: nondum integre intelligitur. Actio enim rei totius est: non partis. Fateantur ergo oportet illa misceri. Sed vnde miscetur: nunquid casu: vel mente. Casu inquiunt. Minimum hoc dictu nefas. Nam rarissima fieret mixtio talis: ꝛ quando fieret: tunc demum concederent illa sic vnita incorporalia esse: quod ipsi volumus. Concedent demiq; illa a mēte misceri. Ex hac concessione duo statim nos inferemus. Primum mentem esse incorporalez: si acceptas formas ducit ad habitum incorporeum: que sententia epicureis aduersatur. Secundum mixtionem illam a mente factam non aliter fore veram: nisi in rebus ipsis talis quedam sit vnio. Quod enim a mente preter naturam rerum fabricatur: figmentum est potius quam scientia. Omnino autem oportet genera ꝛ differentias natura coniungi inuicez: vel disiungi: nō mentis figmento: vel situ. Si enim figmēto mentis id fiat: erramus: non discimus. Si autem situ: ita vt genus in parte mentis dextra sit: differentia in sinistra: sane q; licet menti communia hec resoluere: illa mens diuidet. Per hanc ipsam diuisionē modo corporeo secabuntur. Et dimidium generis vnius in parte dimidia dextre partis relinquetur: dimidium alterum relinquetur in altera. Idem accidet differentie. Licebit partiri iterum. Hinc dilaniatio sequetur: non resolutio: ꝛ dum communia discerpemus: scientiam disperdemus. Quod si per diuisionem non lacerentur communia illa: sed genus in quasis

sui parte superfit integrum: & similiter differentia: tam non erunt amplius corpora/lia: quia certa quantitate non indigent: ac etiam innumerabilia genera: totidēq; differētias quot ita secabit: inueniet. Atq; horum multitudo non natura constabit: sed mentis machinatione nascetur. Forsitan epicurei. vt has obiectiones deuitent: nō dabunt amplius speciem illam intelligibilem ex genere: differentiaq; componi: sed partibus aliis. Nos autem queremus: nunquid speciei pars qualiscunq; illa sit: a tota specie differat: nec ne. Si non differat: saltē neq; pars erit illa: que a toto non differt: sed erit totus: neq; species illa erit: composita: si nihilo differt a partibus: quia sic partium caret diuersitate. Ergo differre speciei partes a specie fatebuntur. Nos autem ab illis: quomodo differat: scisciter/bimur. Si non tanquam genus: differentia ve a specie: vt ostendimus: num saltē tanquam a specie species: ceu a colore figura? Sed hoc admitti non potest. Non est enim species talis intra speciem. Non cōtinetur sub colore figura. Pars tamen intra totum est: & continetur ab illo. Forsitan vt speciem illam: cōceptionemq; mētis habere partes contendant: que sub illa contineantur: ad numeros confugient: atq; inferent: speciem a suis partibus differre: sicut quatuor a duobus: ab vno duo. Nos autem: licet id supra confutauerimus: rursus tamen ita refellimus. An volunt partes illas speciei: conceptionisq; quam scientiam vocant: esse scientias? Si nolunt: creabunt scientiam ex insciis: ac si albedinem constituerent ex figuris. Si volunt: sic eos arguimus. Constat apud philosophos: quamlibet scientiam habere obiectum suum: in quo versatur: quod scitum vocant. Declarent nobis isti: si quidem scientie ille: que sunt vnius scientie partes: obiecto carere non debent: nunq; idem fit scitum proprium cuiusq; illarum: atq; totius: an aliud? Si idem esse respondeant: tunc nulla illarum pars erit: sed vnaquaq; totum: postquam equatur toti. Vbi enim equantur obiecta: scientie quoq; equantur. Sin aliud fateantur: rursus id sequetur absurdum: q; scientia ipsa totius sciti: preter partium scientiam erit: neq; ex partium cognitione cognoscetur totum: vbi non concurrunt scientie singule in scientiam vniuersam. Verum ne iterum procedamus. Dicens vtplurimus intelligit rationem ipsam rerum: & vnas: & vniuersalem: vt puta bonitatem ipsam multis bonis eque communem. Ratio huiusmodi quantum vna: & vniuersalis est: est & simplex. Ratio quoq; dei: siue angeli quotiens vere cognoscitur: tanquam indiuisibilis iudicatur. Hec rationes essentie intelligibiles appellātur. Eas nostra mēs nunquam cognosceret: nisi formas earum haberet in se velut imagines. Nam si cognoscēdo agit aliq̄d: nec agit nisi fit actus: nec agit aliter quam actu fit: actu vero fit per formam: nunquam essentias contemplatur: nisi earundem formis ornetur. Forme tales: licet quandoq; intelligibiles appellentur: proprius tamen intellectuales dici debent: essentie vero intelligibiles. Hec enim est veterum platonicorum consuetudo. Si forma quedam talis: essentie talis: imago in nostra mente spargatur in partes: tunc partes ille aut ita se habēt: vt nulla illarum essentia ipsam respiciat: aut alia respiciat quidem: sed non alia: vt omnes. Si primum detur: tunc forma illa totā essentiam nullo modo respiciet: cū nullus sit respectus in partibus. Sicut enim tota forma constat ex partibus: sic totius respectus ex partium respectibus congregatur. Quod si nullo pacto essentiaz aspicit: non erit eius imago: neq; ad eius intelligentiam conferet. Si detur secundus: pars: que non respicit essentiam: nihil attinet ad intellectualem formam: postquā ad essentiam non spectat intelligibilem. Si autem tertium concedatur: statim interrogabimus: vtrum queq; pars eundez habeat aspectum: an alie potius alium.

Si eundem habere respondeantur: ⁊ habere eundem non possunt aliter quam si quecq referat essentiam totam. Profecto nulla earuz pars forme intellectualis erit: sed quelibet erit tota. Una ad cognoscendum sufficiet. Supererunt alie: que etiaz innumerabiles erunt actu: si corporis diuisione secantur: ⁊ conducunt ad actionē. Si autem aspectum habeant alium: atq alium: nec aliter hoc fieri potest: quam si partes singule forme totidem aspiciant essentie partes: quandoquidem intellectus intelligibili oportet equari. Sequitur vt essentia illa sit diuisibilis: qua tamen ratio vera esse simplicem concludebat. Neq posset simplicem iudicare: nisi aspectu simplici eam intueretur. Multiplici autem aspectu partium diuersarum multiplicem iudicaret. Opinamur autem eos in hunc erroz propterea incidisse: q scie tias nonnullas in rebus compositis versari considerabant. Qualis est scientia de homine: qui ex animali: rationaliq componitur: tanquam genere suo: ⁊ differentia. Qualis est scientia de septenario: ⁊ denario: numerisq alijs: qui ex numeris: vel vnitatibus congregantur. Nos autez putamus: hominem quantuz homo est: vnū quid esse: ⁊ simplex: q vna eius est forma. Huius signum est: q in plures homines non diuiditur. Siue enim fm speciem diuidas ipsum in genus: ⁊ differentiaz: neutrum illoruz homo est. Siue fm singula in caput: pectus: ⁊ femur: illoruz nihil est homo. Corpus quidem secas: quia diuersipio in membra: que corpora sunt. Non secas hominem: qa non secas in homines. Quod autem tale quiddam est in seipso: ⁊ in plura talia non diuiditur: illud certe quantum tale: indiuiduum est: ⁊ simplex. Denarius quoq quantum denarius non diuiditur. Naz vna species est dumtaxat: ⁊ vna forma: quaz in plures denarios partiri non possumus. Quod si partiamur: numerum quidem partimur: quia partimur in numeros. Denarium non partimur: quia non distribuimus in denarios. Neq obstat: q in specie genus: ⁊ differentia videatur includi. Non enim in ea sunt due forme: sed vna. Nam licet aliud sit in rerum ordine animal esse: aliud esse rationale: in homine tamen est idem. Et (vt platonice loquar) ipsa hominis natura rationalitas quedam est. Rationalitas autē nihil est in homine aliud quā animalitas ipsa in actum rōnis educta. Talis autē forma simplex esse simplicis fundamentū speties est: que nō dispertit seipsam in singulos homines: sed totam singulis se cōicat: per hanc singuli vnū sunt. Differūt aūt p alia q extrinsecus adiacet: ad spēm minime pertinētia. Quod qdem spēi simplicitatem significat: que ex eo quoq nō parū significat: q spēs magis: minus ve non suscipit. Et in quodā certo cōsistit gradu nature: cui nihil addi pōt: nihil demi quin spēs ipsa mutet. Testani hoc spēs numeroruz. Septenarius spēs quedā est numeri. Adiunge huic vnū: nouaz creabis speciem. s. octonariū. Subtrahe vnū senariū: habes nouam rursus numeri speciez. Qm̄ vero scientia nō de singulis: vel generibus proprie: sed de spēbus habetur. Singula eniz q innumerabilia sunt: mutaturq: neq cōprehendūtur: neq firma tenent. Genera vero pp cōfusionē in se pfecte nō discernūtur: qm̄ inq de spēbus scientia est. Spēs vo sunt simplices: scientia quoq illaruz est simplex: si modo scientia veritatis adeptio est. Veritas aūt est rerum cum mentibus adequatio. Neq nos turbet aut multitudo vocabulorum: aut cogitationum multiplicium varietas: ex qbus conflari scientia forte videt. Preparationes quidez he sunt ad scientiam: siue pedisseque. Scientia actus est vnicus: siue habitus. Tactus inq simplex simplicis forme. Indiuiduus indiuidue veritatis ictuitus. Subitū itelligentie lumen. Sed ex hoc eoruz erroz euidētius redarguit: q multe sunt scie de rebus proculdubio indiuiduis. Quis.n. diuidat vnitatez? Quis itē simplicitatem: ⁊

do cognoscet. Admouebit autem partes quodammodo infinitas. Tot enim partes mens habebit: ñ latitudo corporalis extiterit. Itaq; breui tẽpore quasi innumerabiliter quamlibet illius corporis portionẽ intelliget: & ipsum corpus secũdum particulas pene infinitas innumerabiliter cognitas: infinitis vt ita loquar vicibus inumere apprehendet. Sed hanc argumẽtationem nobili quadam Plotini nostri sentẽtia breuiter concludamus. Quecunq; intelliguntur: aut sua natura simplicia sunt: aut saltem: dum per resolutionẽ simplicia fiunt: intelliguntur. Quæ vero indiuidua solis indiuiduis capiuntur: vis illa in nobis: que capit talia: est indiuidua: Si ergo mens esse dicitur corporalis: non tamẽ latitudine sua capiet illa: sed aliquo potius impartibili. Si solo hoc capit: solo intelligit. Solum igitur hoc eius impartibile re vera mens erit. Quid reliquis opus est partibus: vt sit intellectus? Quando non opus est aliquo ad intelligendum: post quam vnum illud impartibile sufficit.

Unum igitur hoc mẽs est: hoc retine. Segrega cetera: mentẽq; simplicẽ ea adeptus. Cuius simplicitas etiam hinc apparet: q̃ accipit sine longitudine punctum: sine latitudine lineam: superficiem sine profunditate: numeros absq; situ: pulchritudinẽ sine turpitudinis mixtione. Sic enim seorsum ista discernit considerando: neq; cõsiderat aliter q̃ acciptat. Forma vero corporalis nõ omnino sic accipit ista seorsuz. Si animum esse simplicẽ: indiuiduumq; illud liquido ostendit: q̃ simplicia: & indiuidua comprehendit: multo liquidius hoc declarat: quod quecunq; ẽm se simplicia: vel indiuidua sorent: & tamen quia cũ alijs iungũtur: composita: diuiduaq; euadunt: animus segregat ab oppositis: reddit q̃ simplicia prorsus: & indiuidua. Non posset aũt illis restituere simplicem: indiuiduáq; naturá: niſi ipse eẽt simplex: & indiuiduus. Denicq; si infectis restituit puritatem: ipse est extra: & super infectionem.

¶ Sexta ratio. Intellectus accipit secundum se totum: quicquid capit: quod non facit: si fuerit corporalis. Cap. vj.

Nullum corpus aliquid in se continet: niſi per eã quãtitatis adequationem: per quã se toto totam rem cõprehẽdat: partem vero partem. Atq; maiorẽ sui partẽ maiorẽ rei contente partes: minore minorem. Intellectus non hoc pacto res ipsas capit. Nã se toto capit: quicqd accipit. Eodẽ quippe mõ capit: quo itelligit. Intelligit autẽ se toto: quicqd intelligit. Nẽpe siquis dixerit: intellectũ duas ptes corporales habere: quarũ vna quidem capiat rem: & intelligat: alia minime: redarguemus: eũ asseuerantes intellectũ re vera esse partẽ illaz: q̃ rẽ capit: atq; itelligit. Siquidẽ ab intelligendo dicit intellectus. Illã vero: que nõ intelligit: intellectũ nõ esse. Quapp natura illa: que revera intellectus est: se tota rem quãlibet intelligendam capit: atq; cognoscit. Qñ ergo intelligit hoiẽ corpus: itelligit & corporis illius mẽbra: se toto cognoscit: totũ corpus humanum: se toto cognoscit quodlibet eius membrũ. Nam qui mẽbruz quodlibet ad quodlibet cõparat: & membra quelibet ad totũ refert: necesse est: vt idem tam singula mẽbra cognoscat: q̃ corpus totum. Neq; duas ponere debes partes in itellectu: quarum vna vnum cognoscat membruz: altera alterum. Per neutram enim illarũ posset illa comparatio fieri. Si vt cognoscit: ita & capit: se certe toto: capit tam totum corpus: q̃ membra corporis singula. Nullum vero corpus: nullaq; forma corporea hoc pacto potest aliquid capere.

Neq; potest corpus vnũ omnibus pariter equari corporibus. Quomõ corpus canis corpori formice: equi: elephãtis solis equabitur? Nec aũt corporibus ossibus: tam maximis: q̃ minimis pariter adequatur: cũ omnia intelligendo similiter cõprehẽdat. Neq; ijs solũ: verum etiã quodãmodo summe se equat equalitati. Dũ res omnes minus: magisve equales per accessuz

ad equalitatez summa recte meritur. Ubi mens inter res quaslibet equalitatis iphas principes: & ipsaz equalitatē se iserit mediā. Quod si summe equalitati proxime adeq̄tur: nulla ineq̄litatū q̄litatū iniqtate pulsat.

¶ Septima ratio. Intellectus accipiendo rerum formas nō amittit suam: corpora contra. Capitulo. vij.

A Solent corpora quādo corporū aliorum formas accipiunt suas amittere. Quomodo. n. aqua igneaz caliditatem induet: nisi frigiditatē suā exuerit? Quod si quando aliena accepta: remanet ēt propria: fit imperfectior: vt quando remanet dulcedo in vino: etiam aqua illi infusa fit dulcis: sapor inde debilior. Mens autem rerum omnium accipit formas: dum omnes agnoscit: & cognitas in seipsa volutat: neq; illas accipiendo formam propriam amittit: aut debilitat. Quippe cum ex operatione semper cuiusq; formę habitus designetur: atq; operatio intellectus intelligentia sit: sequitur vt forma intellectus sit ipsa (vt ita diserim) intellectualitas naturalis: que tūc perfecta maxime iudicatur: quando operatio eius intelligentia perfectissima est. Hec autē tanto est perfectior: quanto plures rerū formas attingit. Sublimior enim fit: velocior: & lucidior. Quā obrem intellectus corporum omnium formas accipiendo: non modo non amittit: aut non remittit suam: sed quod est cōtra naturā corporis: summopere perficit. Penetrat eorum substantias: & cuncta in singulis conspicit: dum in simplicibus per compositionem videt mixta: in mixtis p resolutionem simplicia intuetur. Ergo mens ita esse videt in omnibus: vt in singulis ipsa sit cūcta. Rursus est extra: & supra omnia corporalia. Alioquin non posset hec ab incorporeis secernere: & illa abijo discernere. Si est in omnibus corporalibus: omnia: atq; etiam extra omnia omnibus imperat per naturaz. Quapropter nullius corpis violētia e suo statu dejicit

¶ Octaua ratio. Forma est in mente vniuersalis. Talis in corpe eē nō pōt. C. viij.

C Orpus & forma per corpus extensa adeo: vt ita loquar: materialia sunt: ac priculari situi: tēporiq; astricta: vt vniuersalē vim nullā habeant. Quo. n. quid corporali materie ppinquat magis: eo angustius est: quo discedit lōgius: eo fiat amplius. Quāobrē si intellectus eēt corpus: vel forma diffusa per ipsum: forme oēs ab eo suscepte: ēt si in seipis essent vniuersales: in eo saltē priculares omnino: materie lesq; euaderēt. Nā forme in subiecto: qđ est astrictū materie passionibus: nullā viz retinēt ad vniuersale quicq̄ representanduz. Ita intellectus quicqd cogitaret per formā materialē: singularibusq; conditionibus astrictā excogitaret. Cum vero operatio rei cuiusq; formā rei operātis sequatur: intellectus p talem formā operāt. i. excogitans singulariter solū operaret. Qualis autē operatio est: tale semper est opus. Ideo itellectus singulariter cogitās sola singularia cogitaret: neq; cōe qcq̄: & vniuersale cognosceret. Unū quidē hominē: puta Socratē: vel Platonē in se revolueret. Humanā ꝑo naturaz illic eque cōem minime. Neq; regulaz in moribus: & artibus ad plura vniuersalē statueret: neq; legem conderet vnq̄ multos bolum actus respicientē. Si mens ēt sine electione: & vsu quottidie i seipsa formas parit vniuersales: eo fit vt ipsa fons earū naturalis sit: & receptaculū naturale. Forme h̄moi proprie alicui materie minime abstringunt: neq; mens igit materie alligat: neq; corrūpet vnq̄. Corruptio. n. ex materie insidys puenit.

¶ Mons rō. Mentes se inuicē cōplectuntur: corpora nequaq̄. Cap. ix.

T Alo corporea se inuicez mutuis amplexibus cōtinere nō possunt. Qđ eniz p quātitatē aliud cōtinet: maius est illo: qđ cōtinet. Non pōt aūt vnuz corpus alio quodāvno corpore amplius eē simul: atq; āgustius. Sic saturni spera iouis speram ambit: & continet: nō econuerso. Illis

ꝯo mens aliam continet: & ab eadem pariter cõtinetur. Mens quidem mea tuã cõsiderat: tua meã. Itaq; nostre mẽtes se inuicem cõsiderando vicissim se capiunt: capiendo intelligũt: cõplectũtur intelligendo. Et qò maius est: vna mens amplectit oẽs: qñ mentiũ omniũ natura cõsiderat. Quare si quecq; mens: mentẽ quãlibet intuetur: qò põt qdez: si aduertat: quauis mente mens qlibet claudit. Non põt aũt quodlibet corpus quolibz corpore claudi. Si quelibet rerũ spẽs est imortalis: consequens est: vt singularis substantia: q̃ spẽi sue seipsam equat. Fit imortalis. Mens autem qlibet quaslibet: si cõtingat: introspicit: & in singulis cũctarũ cõspicit speciem. Vbi sue spẽi p actũ reflexuz: qui cognitio est: se equat. Ergo & p actũ rectũ: qui est vita: prius se equauit eidem. Si ita est: sequitur: vt vel quelibet mens semper fuerit: futura ve sit: sicut ipsa mentium species: vel saltem futura sit semper: vt illa.

¶ Decima ratio. Mens per oia corpora operatur: & sup̃a corpora. Cap̃. x.

QUoniam forma operãdi principiuz est: res quecq; ꝑm genus suum agit: ex quo oia prolẽ sibi simile modo possint in specie generãt. Ultra ꝯo genus suuz nihil agit: Sed neq; etiã hec inferiora vltra spẽm operant. Nunq; enim canis generat ouẽ: & multo minus aliqd sup̃a suam speciem operant. Nam quo pacto canis hominem ꝓcreabit? Quo fit: vt corpus agẽdi vim suã: nec vltra ꝓpriũ genus: & multo minus supra naturam suã possit extendere. Nunq; igit attingere ualequet: pduceret: aut quodlibet corpus: aut incorporalia. Intellectus si corpus esset: certũ quoddam corpus esset in specie aliqua corpoz. Ex hoc duo sequerent̃ absurda. Primũ: q̃ multorum corporum formas neq; susciperet: neq; conciperet. Corporum quidez ipsius similium formas non caperet: quoniam iam haberet. Quomodo enim ignis formam alterius ignis accipiat? Dissimilium vero corporum formas nequaquam conciperet: aut pareret. Quelibet enim natura sibi simile parit. Ad hoc autem: q̃ intelligat: oportet: vt rei intelligende formã accipiat primum. Deinde ex illa definitionem rei: rationem ve concipiat. Tunc demum perficitur intellectio. Perpauca igitur corpora intellectus cognoscet: si corpus fuerit: cum nullius corporis similis accipiat formã nullius dissimilis corporis formam cõcipiat: & intelligere nequeat: nisi & accipiat pariter: & concipiat. Quod si quo modo fieri possit: vt corporalẽ aliquaz formam accipiat: vel concipiat: profecto non aliter q̃ ꝑm naturam propriã hoc efficiet. Si accipiet aliunde formam: in naturam trahet suam. Si concipiet ex seipso: secundum naturam suam parturiet. Ergo per formam quamlibet ab ipso susceptam: vel etiã cõceptã: semp certam quandã speciez corporis sibi cõuenientẽ: & cõgruam appetẽdẽt: neq; corporaliũ generũ diuersitatẽ cõsiderabit. Nũc aũt videmus: mentẽ nõ modo quecũq; corpora sunt animaduertere: sed alia infinite plura: & varia ꝓut libet effingere. Secũdũ ꝯo sequeret absurdũ: si intellectus esset corpus. Quod videlicet ordinem corporum non trãscenderet. Cum corpora ferme nunq; vltra suaz speciez: certe nunq; supra suũ genus aliquid operent. Mens igit nunq; cognoscet incorporalia. Vtrum hoz prestatiue arbitrio? Substãtiã ne? an actionẽ? Substãtiaz certe: que ipsius actionis est cã. Cauendũ itaq;: ne operationẽ aliquãdo substãtia sublimiorem cõfiteamur. Esset aũt mẽtis operatio sublimior q̃ substãtia: si substãtia quidem eius certũ corpus esset solummodo. Intelligentia ꝯo eius & corpora queq;: & incorporea comprehẽderet. Quapropter nõ est corpus: quandoquidez vltra corpora quelibet apprehendit etiaz incorporea. Atqui neq; ẽt est forma aliq̃ mixta corpori: nam forma mixta sicut per corporis diuisionem fit diuidua: sic fit qualis per corporis qualitatem. Ideoq; certam quandã mens sibi contraheret qualitatem a cor-

pose per quã ipsa ad certam spẽm corpora
liũ rerũ determinata: certam spẽm corpa/
liũ cognosceret solũ: sicut visus per oculũ
ad colores trahit. Et formas simillimas
non caperet: vt diximus: neq; ẽt dissimilli
mas. Atq; hec Aristotelis sñia est platoni/
cis conspirobata. Sed addunt platonici q
mens: si mixta esset: neq; caperet incor/
porea: q: quod mixtũ est sincera non com
prehenderit: neq; affectaret attingere aliqd
a corpore separatum. Alioquin affectaret a
corpore separari: atq; dissolui. Neq; aliter
cognosceret q̃z moueatur: sicut materialis
potentia solet. Nunc autẽ non vt mouet:
sed vt ipsa sibimet efficit species: sic abstra
hit: discurrit: seq; in se quasi absq; fine re/
flectit. Neq; obstrepat hic nostris auri/
bus epicureus aliquis negans intellectuz
incorporalia capere. Sane t cupit illa sem
per: t capit sola summa cũ voluptate tan
quã ipsi simillima. Neq; solus illa cupit t
capit: sed etiã procreat. Quid. n. nos aliud
modo in his disputationibus nitimur: ni
si rem aliquam mentis nostre: (vt ita lo/
quar) manibus fingere a corpore alienissi/
mã? Quam finximus iã: t fingimus: atq;
iis ipsis mẽtis manibus attractamus. Et
ante q̃z effingeremus: prospeximus affingẽ
dam. Nempe cũ primũ statuimus animaz
monstrare incorporalem esse: videbamus
iã aliquẽ alicubi incorporalis nature gradũ
ad quẽ perducere alaz volebamus. Quid
quotidie facimus disputãdo? quotiẽs eẽ
re aliquã assueramus: que existat quidez:
nullam vero habeat longitudinẽ: latitudi
nẽ: profunditatem: vel qualitatẽ aliquã: vel
figurã Tunc certe spiritũ quendã mente
creamus supra corpus: t corporis passio /
nes: Ibi profecto nostra mens est: vbi pariti
parit in q̃z prolem sibi primulez: nullo mõ
A substantia sua sublimiorem. Igitur mens
nostra corpora: t conditiones corporuz su
pereminet. Quãobrem neq; loco claudit:
neq; tẽporũ limitibus circũscribit. Ubiq;
igit esse põt t semp. Idcirco nihil prohi/
bet illam esse perpetuam.

¶ Undecima ratio. Mens statu proficit
corpus motu. Cap. x.

NUnquam corpus formam nouã ac/ B
cipit: nisi per motum. Nam per alte
rationẽ (vt aiunt phylici) forma inducitur
in materiã. Mens autẽ neq; p motũ acci/
pit formas: neq; accipiẽdo mouetur. Que
q̃tomagis ab omni perturbationuz: t ne
gociorũ motu quietẽ agit: tantomagis pro
ficit speculando. Ubi etiam apparet eius
eternitas: q: suapte natura solã speculatio
nem veritatis affectat: atq; ideo statũ: sine
quo non perficitur speculatio. Proficit ãt
corpus motu: quod per motũ natum est.
Quod ergo stando proficit ex statu depẽ/
det. Ideoq; stabilem habet substantiam:
atq; perpetuam.

¶ Duodecima ratio. Que i materia sunt
contraria non sunt in mente contraria.
Capitulo. .xij. C

FOrme contrariorũ elementorũ: quz
sunt in materia: trahit inter se sunt
q̃ pellunt se inuicẽ: t interimũt. In mẽte
nõ sunt contrarie. Quia ibi nõ modo non
pellunt se inuicem. Sed t iuuant simul
gdẽ nostra mens hz contrariorũ elemen/
torũ formas: qũ simul elemẽta cõsiderat.
Simul quoq; comprehẽdit bona t mala:
vtilia t iutilia: pulchra: atq; deformia. Lu
cẽ t tenebras. Uocẽ atq; silentiũ Dulce t
amarũ: t reliqua. Atq; ex cognitione alte/
rius contrarij iudicat alterũ. Nõ
igit est corporea. Neq; ẽt prime corruptibi D
lis. Quippe q̃ corrumpit: vt plurimũ cor
rũpit a cõtrario. Quid aũt esse põt menti
contrariũ? Que tanta hz sup cõtraria po/
testatẽ: vt ab ipsis auferat contrarietatez: t
sua pace conciliet inimica. Neq; rursus
corruptibilis est q̃ a suis conseruatoribus
disiungat. Nam si aliena: t contraria alie/
nis contrarijsq; cõciliat: multomagis se
suis tũ causis: tũ suatoribꝫ admouet.

¶ Decimatertia rõ: Mens accipiendo
formas non mutatur. Cap. xiij. E

QCorporis cuiusq; forma q̃ vero ab
alio corpe capit: tale reddit cetno il/

lud qđ suscipit ipsam quale est corpus illđ a quo forma tribuitur. Veluti qñ flamma ignis a ligno suscipit: lignū facit calidum: atq; igneū. Flāma vero illa in speculo longe distāte respledens speculū nō reddit calidū: aut igneū: q; nō vere ab illo suscipit: cū pp distantiā ad verā ignis flāmā nō fit paratū. Immo vero nullo mō flāmula illa. i. imago illa flāme. cū spiritalis sit in speculi corpe figit: sed in spiritali solis lumine: qđ ambit speculi superficiē. Fiūt aūt hmōi rez imagines nō a corpibus hic: quorum imagines sunt. Corpus. n. nō ꝓcreat aliqd incorporeū: sed a lumine spiritali corpibus cī cūfuso. Lumen quoq; ipsuz a sole globo nō nascit: sed a solis aia. Lumē lux cū intra se sit inuisibilis: effusa longius fit inuisibilis: in qua ipsa quoq; aia sit cōspicua. Nā vt placet orphicis: ⁊ heraclito lumen nihil aliud est nisi visibilis aia: vnde p hoc oia retinuiscūt. Aia vero lux inuisibilis. Sz ne lōgius digrediamur: forme: vel imagines corpoꝝ nō sunt i speculis. Nec aūt corporū accipit oiuz formas: qñ de corpibus iudicat. Nū accipit vere? Vere profecto. Nēpe vt accipit: ita iudicat. Vere iudicat. Vere igr accipit. Accipit a seipsa (vt platonici ordinant) qñ corporū simulacris excitata: formas: que in mētis aditu latēt promit in lucē. Accedit q; vbi pfectior forma est: ibi est verior: Quāto vero pfectior sit forma corporū in mente qđ i ipsis corpibus: ⁊ alias declarauimus: ōclarabimusq; ⁊ hinc pz: q; humana nā in platone vel socrate solius platonis est: ⁊ solius socratis ꝓpria. Humana aūt nā illa: que mente concipitur: quando sub vna hominis diffinitione hoium conditiones cōsiderat ad singulos hoies pz vim: siquidem oēs cōplectitur. Preterea si veritas rei cuiusq; i pura integritate consistit: vel intergra puritate: atq; forma in materia vim suā integraz nō retinet pp passionis admixtionem: ⁊ extraneis accidētibus circūfundit: verior res queq; inuenitur in mēte: vbi rei ipsius idea naturaliter insita nonnem rei parit: necessaria quidē includentē oia supuacua vero penitus excludentem. Mens igitur vsq; adeo vere corpoꝝ capit formas: vt verius etiā eas habeat qđ materia corporea. Sigitur si ipsa sit aliquid corpale: talio redderetur oia: qualia corpa. Siet ergo aqua: cū aquā intelliget: cū ignē intelliget ignis. Et qz simul intelligit colorē: atq; frigus. fiet contraria simul. Nunc aūt formas accipit oiuz: neq; e suo statu deijcitur: imo pficitur capiēdo. Hinc apparet intellectū non esse corporeū. Appet ēt nō esse mortalē. Ille figdē eo modo quo est: accipit quid accipit. Esse suū intellectuale est vīa rapax. Non ergo accipit quicq; alter quā telligendi. Per hmōi susceptionē nō modo non deficit: sed ⁊ proficit. Nihil ergo suscipit aliunde: qđ ipsum mutet: ⁊ pdat: ⁊ qz melius est: tantū in oibus formis suscipiendis lucratur: vt lucrari etiā videat in malis. Si tanto pfectior euadit: quāto cognoscit plura: certe pfectior est: si rerum priuationes: defectiue: ⁊ mala discernit: qđ si ignorat. Que ergo in seipsis mala sunt ⁊ noxia: in mente fiūt bona: atq; salubria: Nichilū abest: vt ea nā a malis noxijsq; rebus interimatur: que ita mala cōuertit in bona: vt ipsi bona fiāt omnia.

¶ Decimaquarta cō. Opatio corpis tendit ad rem compositam mentis ad simplicia. C. p. xiiij.

Operatio cuiusq; rei esse ipsum rei semp sequit: ita vt illine sit opatio: cuius esse: ⁊ modus ꝓdūdi dē sit: q ⁊ essendi ⁊ opus q; ad terminat opatio: fit simile opanti. In rebus ex materia ⁊ forma corporali compositis esse non est materie proprīū aut forme: sed totius cōpositi ex vtroq; cōiunctione consecuti. Igitur ⁊ cōpositi ipsius ꝓpria opatio est. Quare ⁊ modo composito operat: ⁊ opus producit cōpositū. hoc in elemētis: plātis: animabus intuemur: que quidem opa cōposita sicut ipsa sunt: generāt. Si intellectiue corpis aliqđ esset ex materia ⁊ forma cōpositū: cuz cuius opatio intelligētia fit: hec ipsa intelligētia

semper ad aliquid compositum terminare tur. Unde nunq̃ aliud preter res cõpositas itelligeret. Nũc vero nostra mẽs vsq̃ adeo naturalẽ excellit compositionem: vt corpora composita in materiã resoluat: ꝛ formã: ꝛ cogitet vtrũq̃ seorsum. Utrunq̃ vero per se est simplex. Arg i hoc maxime excellentia eius aspicitur: qđ illa: que i materia quodãmodo falsa sunt: tanq̃ vera cõprehendit: sicut figurãs: ꝛ principia figurarũ. Que in materia sunt impura: discernit vt pura. Qualitatesq̃ n. que sunt in materia mixte inuicẽ: ꝛ infecte ꝓtrarijs: ipsa p̃z ꝓprias diiudicat rõnes. Que in se multa sunt: conspicit tanq̃ vnũ: ceu sub vna specie homines infinitos. Que in se mobilia sunt: tanq̃ stabilia speculat. Quãdo tpis ptes: que in se ipsis fluunt: simul colligit: ꝛ ꝑsenti annectit preterũ: ꝛ futurũ. Que in se distãtia sunt: tanq̃ vnita spessime cõtuet: qñ totũ orbẽ videt in puncto. Neq̃ temporũ interualla: neq̃ locorũ spacia mẽtis intuitũ cohibent. Que (vt ita loquar) mortua tanq̃ viuentia. Siquidẽ lapides qui vita carent: mens vivos intra se possidet: qñ ad primã: a qua facti sunt: comparat vitã. Que corruptilia tanq̃ ꝑpetua: qñ singula corpora: que loco subijciunt: ꝛ tpi mẽs intuitu suo a locis: ꝛ tpibus eximit. Ex oĩbus his colligit: intellectũ neq̃ esse corporeum aliquid: cũ longe aliter q̃z corpora operet: neq̃ esse impurũ: infectum: dispersum: mutabilez: corruptibilẽ. Quippe cũ illa etiã: que talia sunt: sua quadã vi ab hmõi liberet passionibus.

¶ Decimaquinta ratio. Actio mentis finitur in actione: actio corporis i corpore.

Capitulo .xv.

ANullius corporis actio in ipsam actionez proprie definit: sed in exterioꝛ trãsit materiã. Nam si in actionẽ desineret: actio illa in operante restaret: vbi in seipsum operaret: puta ignis seipsum calẽ faceret. Quod non potest a corpore fieri. Quia si corpus nõ agit ex se: etiã non agit in se rursus: si qcqđ corpus agit: mouẽdo agit: certe agit: certe cuz mouere se neq̃at in seipsum agere nequit. Uidemus autem mentis operationem ipsam. s. intelligentiam in seipsam definere: neq̃ quicq̃ per se extrinsecus facere: nisi forte quandoq̃ moueat voluntatem: que motis brachijs: opus aliquod extra ꝓducat: quale fuerat cogitatũ. Sensus autẽ dicimus quodammodo extra se fluere. Quia aliunde mouetur: prospicit aliena. Externi finis gr̃a operatur. Neq̃ sui ipsius est conscius. Mens contra mouet libere se: suaq̃ inspicit. Sui gratia operat. Ideo essentia apud platonẽ B
status dicit: q̃ si sine vita sit: torper. Uita motus: q̃ tam exit in actum. Mens reflexio: q̃ sine hac vita in externũ opus effluꝛet. Sed mens fixit viralẽ essentie motuz in semetipso: reflectit ipsum in essentiam quadã sui ipsius animaduersione. Trahit quoq̃ cetera omnia ad seipsam: prout res portuit: vt ipsa mẽs est: q̃z vt res extra existunt: considerat. Uocat etiã reflexio infinita: q̃ in operationẽ suã nõ modo semel mens hominis terminat: verũ et inumerabiliter: cum se aliquid intelligere animaduertit: ꝛ qđ animaduertat agnoscit. Et cum aliquid velle se vult: ꝛ vult quod vult: se velle: atq̃ eadẽ ratione deinceps. Ubi vel operatio alia in infinitũ terminat ad aliuz vel eadem in se replicatur inumere. Hinc p̃z intellectum nõ solum esse incorporeuz sed etiam imortale. Siquidem per seipsuz operatione sua se formar semper: ꝛ perficit semper intelligendo: atq̃ volẽdo. Hoc aũt nihil est aliud q̃z seipsum vel facere: vel seruare: vel renouare cõtinue: quod quidem quotidiane renouationis nomine Paulus apostolus appellauit. Quo fit vt nunquam a suo perfectore: vel seruatore desciscat: ꝛ abhit. Cum nequeat abesse vnquaz a semetipso: atq̃ ideo formetur semp: atq̃ pficiat. Quineriam si naturalis generationis finis imortalitas quedaz est: multomagis itellectualis gñatiõis finis est imortalitas. Sed quia natura plem extra se ginit; immortalitas eius expletur in succession C

nascentiũ. Quia vero mens generat in se ipsa: tum se: tum alia: quantũ ꝛ sui: ꝛ alioꝝ oium concipit rõnes: qñ aut se intelligit: aut alia: sequitur vt immortalitatis huius virtus in mente ipsa genitrice seruet. Hoc ẽt latet argumentatio quedam hmõi. Perfectius est bene esse quaꝝ simpliciter esse. Quicquid igit bene esse sibi prebet: multo magis poterit sibi esse pbere. Intellectus sibi dare bene esse videt: qñ formatur per suum ipsum: tum speculatione: tum motibus. Quapropter esse quoq; sibi pót hmõi forma ita prestare: vt nunq; debeat esse. Merito q; proculus ait: animam cum sit generationis principiũ: ita seipsam generare: atq; viuificare: vt essentia hẽat a seipsa? Atq; summatim de omni indiuisibili substantia in sua essentia existente affirmat: tum producere: tum continere seipsam. De omni aut substantia diuisibili ẽt de ipso celo dicit necessario aliunde pduci: atq; cõtineri. Sed hoc ipse viderit. Latet pterea alia quedã talis argumẽtatio. Quando intellectus operationẽ suam primo: atq; inde vim suam ꝛ substantiam comprehendit ꝛ amat: tunc pculdubio in seipsum agit. Igitur ꝛ per seipsum. Nihil.n. intellectũ: atq; ipsummet medium interponit. Adde qõ quẽadmodũ corpus: qr ex se non agit: Jõ nõ operat in se. Sic intellectus qr in se operatur: idcirco ex se operari censet: Si ex se in se agit: igitur ꝛ per seipsum. Si.n. vtriq; in eo actionis terminus: sunt igitur ꝛ medium. Quid ergo prohibet intellectum a corpore seperatum operari: ꝛ viuere. Presertim cum operatio ipsius: que ex se in se ipsum per se expletur necessario fiat: ꝛ resideat in seipso: Sed hoc ita planius explicabitur. Si mentis operatio proprie in ipsam mentem finitur. Mens ipsa quodammodo sue operationis est finis. Idem vero est rei cuiuslibet finis. ac principiũ: cõ omnia originem suã appetant: ꝛ tanq; sui motus finem sibi illã ponant. Igitur substãtia mentis est operationis sue principium. Per se igitur operatur. Quod Plato no

ster appellat p se moueri. Ut operatur: ita viuit. Vita enim est interior operatio. Viuit itaq; per seipsam. Ut vivit: ita etiã est. Nam est primus existentie actus. Est ergo similiter per seipsam. Quid impedit eam esse s. mp: quandoquidem in sui ipsius est causa? Causa inquam non efficiens: sed formalis: cuius virtute esse tribuitur ꝛ retinetur. Qualitas: ꝛ vita: cuius opus non est in alia effluit: necessario sim naturam suaꝝ quatuor ex partibus deficit. Primo qr effluendo vacillat: alieno indiget substenta culo. Secundo diffluendo debilitetur. Tertio dũ influit alijs ab extraneis inquinatur. Quarto pp indigentiam debilitatem inquinationemq; a natura sua quandoq; defluere cogitur. Si ita est: sequitur vt rationalis vita que relabitur in seipsam: seipsam substineat non debilitetur: non inquinetur: non defluat. Merito sicut vita: que ommno pfluere cogitur extra seipsaꝝ: duꝝ discedit a vita: tendit: cõsumituraq; i mortem: sic vita que redundat in se metipsam: adolescit ꝛ consumat in vitam. Denique si vberior motus vite vberioris indicium est: vita rõnalis: que vniuersum motionũ genus exercet: implet ꝛ terminat: vniuersuꝝ quoq; genus implet viuendi. Idcoq; ipsi neq; priuatio vite miscet: neq; conditio vlla obnoxia morti. Exercere autem ipsam omnes species motionum in corpore. Implere motionum omniuꝝ exemplaria in seipsa. Terminare motum omnẽ in seipsaꝝ: suũq; principiũ per mentis ipsius reflexiones alias declarauimus.

¶ Decimasexta cõ. Forma corpalis non hz vim infinitã: mens habet. Cap. xvj.

Constat apud physicos formaꝝ corpalis: pertim elementorum esse vsq; adeo terminatã: vt nullo mõ vim aliqꝝ infinitam: ideoq; essentiamq; possit habere: Mẽs aũt absq; termino pagat: neq; fatigat vnq;. Principio in seipsa qñ est finem terminio: Intelligit.n. seipsaꝝ. Jõ intellectio eius pfecta ab ipsa mẽte substantia in eandẽ revoluitur. Revolutio.n. infinitus est motus. Ad

nata poteſtas: quatenus ad omnia equaliter operatur. Illud quoq; mihi videtur vim mentis (vt ita loquar) interminatam preceteris demonſtrare: q ipſam infinita rez eſſe interuenit: quid ve ſit: & qualis definit. Cum vero cognitio per quandā mētis cū rebus equationem perficiatur: mēs cognite infinitati equatur quodāmodo. Infinitum vero oportet eſſe: quod equat infinitati. Ac ſi tempus quod ſucceſſione quadam mentitur motum: infinitum eſſe opz: ſi nō motus fuerit infinitus: quanto magis infinitam eſſe oportet mentez: que nō modo motum tempuſq; ſtabili notiōe ſed infinitatem ipſam quoq; mentitur. Cū neceſſe ſit menſuram ad id quod ipſa mentitur: habere proportionem. Finito vero ad infinitū ſit nulla proportio. Idē quoq; euidenter ex eo monſtratur: quod a non eſſe conſiderando tranſit in eſſe: atq; econuerſo. Eſſe autem & non eſſe immenſo inter ſe diſcrepant intervallo. Immenſaz vero oportet eſſe virtutem que ſpaciuꝫ percurrit immenſum. Currere autē illud negat? quando creationem: que ex non eē fit ad eſſe: & interitum: qui ſit contra certiſſimis rationibus comprehendimus. Atq; vtriuſq; extremi naturam deſcribimus: & ipſius eſſe communis vim intellectu conſequimur que rebus eius progreſſione naſcentibus per innumerabiles eſſendi modos cōmunicat. Deniq; vt ſummatim dicam: infinitam quodāmodo eſſe in mente virtutē illud nobis teſtimonio eſſe poterit: q fames corpis ſitiſq; & ſomnus cito: & re paucula ſatiatur. Mentis ardor nunquam extinguitur: ſiue humana reſpiciat: ſiue diuina. Si auet humana q diuitiarum cumulus: que impery amplitudo hanc terminat? Si diuina nulla rerū creatarum finitarumq; ſcientia impletur. Deſcrito queſcit nunquam: niſi infinitum deū capiat: qui capacitatem eius ab ipſo manātem impleat infinitam. Que ſi finita eſſet aliqua re finita: vel impleretur: vel ſaltem ſitis eius repeſceret. Nūc vero p quorum libet finitorum ademptionem non modo nō extinguitur: ſed flagrat ardētius. Q̄ cui quo magis plura capiēdo: deo infinito quadam ꝓparatione ꝓpinquat: eo ardet magis igni ſuo facta propinquior: atq; eo currit rapacius infinito ſui motus fini iā proxima. Quod & ignis elementū facit: quando in propriam ſperaz ſe recipit. Facit idē lapis etiam manifeſtius: quando deſcēdit ab alto: qui quo terre fit ꝓpinquior: eo vehementius defertur in terram. Quis dixerit mentez elementale corpus eſſe: vel corporale quicquā: ſi vim poſſidet infinitam. Cum inquam tū ꝓſeuerandi: & capiēdi: tū ābiendi: pcurrēdiq;: ſiue ſeipſa hanc bēat ſiue (vt verius loquar) quadam amplificatione diuina. Quatenus videlicet abſolutas infinitas dei mentibus: aliabuſq; ꝓxime ab ipſa pendētibus: intellectualē: vitaleq; infinitatē inſerit: ſeruatq; cōtinue: atq; ab infinito principio ad finem reuocat infinitū. Si.n. ſolet vbiq; ab abſoluta qualitate manare ſimilis aliqua cōmunicata qualitas: quid mirum ab abſoluta infinitate: talē quādaz alicubi: aut talē infinitatē effluere? Imprimis autē in mentes: & alias: per quas platonici putāt in mundo quoq; tēporis: generationiſq; ſucceſſionē ꝓcedere infinitam. Quis igitur adeo demens erit: velit mentē habituꝝ aliquez in perduratione ſua terminū: cum in virtute ſaltem adeo amplificata: & operatione non bēat quaſi poſſit habere extra ſe terminū: quez in ſeipſa non habet. Si vita origine antecedit intelligentiam: & intelligētia precio vitam excedit. Atq; humanus animus tāta eſt dignitate donatus: vt ꝓceſſa ſibi fuerit infinita quodāmodo virtus intelligēdi: ac volendi multo prius: magiſq; conceſſa eidem fuiſſe debet virtus infinita viuendi.

¶ Marsilij ficini Florentini Platonice theologie de immortalitate animorum ad Laurentium medicem virum magnanimum. Liber nonus.

¶ Probatur per rōnalem virtutem aiaz nō modo esse formā individuā: verum ēt a corpore non pendere: vt euidentius immortalitas demonstretur. Prima rō: quia mens reflectitur in seipsam. Cap. i.

A

Hactenus probauimus per virtutem rationalem: animā esse formam individuaz immortalemqz. Deinceps probandum est: eam a corpore non pendere: vnde proprie cōcluditur immortalitas. Res diuisibiles i seipsas minime reflectuntur. At siquis dixerit: rem aliquam diuisibilem in se reuolui: sic statiz interrogabimus. Utrū pe huius rei alia vertatur in aliaz. An pars in totā. An tota in partem. An tota potius i ipsaz totam. Si datur primū: non aliquid idez vertitur in seipsum: cū inter se diuerse sint partes: Si secundum conceditur: aut tertium. Sequitur idem. Aliud enim pars ē: aliud totū. Solus restare videtur modus quartus: idest: qz totū vertatur in totum. Hoc non aliter cōtigit nisi omnes partes vertātur in omnes. Esto. Tandē nos cōuersione huiusmodi facta quaremus: vtrum pe aliqua in re remaneat extra aliam: vel ab alia discrepās. An nulla. Si remaneat alia pars in hoc erit situ: vel modo in illo alia. Atqz ita in se inuicem cōuerse nōdū erūt. Si nulla certe nulla in ea re pars distabit: discrepabit ve a parte. Quod tale est: individuum est omnino. Ita vt neqz ex pribus quantitatis: neqz ex materia: et forma constituatur. Itaqz aut nō reflectit res aliqua in seipsaz aut si reflectit: est indiuidua. Animā in se revolui modis quatuor: alias diximus. s. per intellectum in naturā suam: qui querit inuenit: considerat qz seipsam. Per voluntatē in naturā cādē: qui se afficit et amat: per intellectū in actum ipsuz intelligendi: qui in rē intelligit: et se intelligit intelligere. Per voluntatem in voluntatis actū: qui et vult aliquid: et vult se velle. Atqz has totas quatuor Plato anime currui tribuit: et hūc esse fontem illū quatruplicem arbitror nature perpetue: quez Pythagoras inquit anime hominū ab ioue tributū: si nulla res diuidua remeat in seipsam: profecto nostra hec quadriga rōnalis: que p totas quatuor in se recurrit: atqz ipse sono intimus: qui per quatuor gurgites refluit in seipsum: simplex est: et prīus indiuisibilis. Huiusmodi vero conuersio non est a corpore ad corpus: sed ab anima est ad animaz: que et ex multis alijs supra et hic ex eo pbata est indiuisibilis esse: qz in se redeat. Quapropter conuersio talis a corpore libera est: cum neqz exordiat ab ipso: neqz in ipsum regrediat. Ultramagis anime substantia libera a corpore: si cōuersio: que eius motus: est a corpore libera. Itaqz rōnalis anima nullo modo pendet ex corpore in essendo: sicut neqz in mouendo: et operando. Ite si p operationē in se reflectit: reflectit ēt per essentiam. Ita essentialiter in se conuertit. Quo sūt cuiusqz rei cōuersio fit: illinc est et plectio: atqz ptra. Igitur ex se aia: que in se vertit. Ex se inquaz tribus precipue modis. Primo sm formā qz per formā aliā nō formatur: aliogn nō ad se: sed ad illā recurreret. Deinde secundū fundamētū: qz nō subsistet alio. Non enim innititur alteri forma hec: que sibimet innititur qui adnititur ad seipsam. Tertio ex simplicitatē: qz non constat ex pribus. Nā quo pacto explicatur ea forma per partiū superficiē: que in suū centrū penitus replicatur. Quod ita est: ex se est semp. Qm̄ qd desinit esse: id aut quia a causa formatrice derelinquitur: aut qz a fundamento deficitur: aut qz dissoluit in ptes esse desinit.

Quod vero ad seipsum conuertitur: q; indiuiduũ est non dissoluitur: q; sui ipsius est forma a formatrice causa nõ relingtur: q; in seipso manet: nunq; a fundamento deseritur.

¶ Secunda ratio. Mens quo magis separatur a corpe eo melius se hz. Cap. ij.

C Si anima originẽ vllam a corpore traheret: quanto coniunctius hereret corpori: tanto melius se haberet. Quelibz enim res ab origine sua seruatur: atq; perficitur. Nunc vero contra contingit. Dre statuissime aie partes sunt intellectus: atq; voluntas. Quãdo circa corporalia occupamur intellectus aut nihil cernit omnino aut non sincere discernit sensibus: z phantasia deceptus. Voluntas affligitur: dum multis inde vexatur curis. Contra quando corporalia deserit z sopitis sensibus: expulsisq; phantasmatum nubibus: aius p se aliquid speculatur: tunc intellectus sincere discernit: clareq; maxime ꝯ ẽt i t is apparet qui p somni getem aut aliã q̃ vis alienationẽ a corpore vaticinantur. Ideo D. nõnulli vt i critonem apologia ingt Plato: ppe morẽ cum sunt futura predicunt quasi tunc illa videant in supnis numinibus prescripta. Quibus suapte natura iungitur aius: modo non impediat a corE pore. Vnde Socrates tractus a falso accusatoribus in iudicium: primo predixit iudicibus futurã penitentiam accusatoribus tirannam ciuitati seditionem. Deinde in carcere mortis sue diez prefignauit: mõ strotum sibi a numine per quietem. Item Hermenes cum esset coniectus in carcerem: liberitq; veneni: Critie aduersario suo primam morẽ est auguratus: que breui consecuta est. Rodius quidam moriens vt scribit Possidonius stoicus: sex equales nominauit: dixitq; q primus eorũ: qui secundus: q deinceps morituus esset. Scribit z Aristoteles: Eudemũ cipriuz familiarẽ suũ cũ venisset pheras thessalie oppidũ: grauiter egrotasse: eique visuz iuuenẽ egregia facie iuuenẽ: qui diceret: fore vt breui cõualesceret: paucisq; diebus Alexander oppidi illius tyrannus interiret: ipseq; Eudemus quinquẽnio post domũ rediret: paulopost conualuisse illũ tyrannũ fuisse interemptũ: Eudemum peracto quinquennio obysse: atq; ita eius animaz F in patriã remeasse. Nõne Calanus indus iam iam moriturus citanti Alexãdro regi mortem pnunciauit. Et Pherecides syrus moriens ephesijs victoriam cõtra magnesios vaticinatus est. Leguntur alia multa generis eiusdẽ. Non solũ vero intellectuus dum seorsum a corporis cõtagione viuimus: cernit multa perspicue: sed z voluntas impletur: neq; perturbatiõibus vllis afflgitur. Sed diuinis gaudet sum. me re tanq; sibi simillimis. Non segtur: non esse corpus originẽ animi: si quo longius aius discedit a illo: eo se plectiue habet. Segtur z hoc: si q̃to magis mens in hoc corpus imergitur: tanto deficit magis: z quo discedit longius: eo magis z pficit: tunc fore perfectissimã mentẽ: quando penitus ab hoc corpore euolauerit. Non est autem inde interitus: vnde summa perfectio: sed integra vita vsq; adeo: vt sit ppetua. Qua enim mutatione animus vnquã deficiet: quando nõ perit exeundo e corpore: quaz nulla ipsi maior potest esse mutatio.

¶ Tertia ratio. Mens repugnat corpori. Capitulo. iij.

Nulla res sponte sua potest sue originis repugnare: aliqn sponte ad sui ipsius ferretur interitum: qui necessario sequntur origine perdita. Quinetiam quicquid effectus aliquis operatur: sue originis vi: z auxilio facit. Si ergo aduersus causaz pugnaret: in ea colluctatione causa illa sibipsi aduersaretur. Dia repugnat: aduersaq; corpi nro: imo corpibus oibus. H Agit a nullo corpe ducit originẽ. Duo sci pua sũt illi officia: speculari z psulere. In vtroq; repugnat corpibus. Primũ videamus qũo repugnat in speculãdo. Multus

quottidie modis externa corpora varie di
spōsita nostri corporis instrumenta sen-
sibus assignata ita mouent: vt ad tēpus fal
lant: quam fallacias emendat: & corrigit ra
tio: vt alias diffusius enarrauimus. Ubi
ratio aliter iudicat q̄z aut externū corpus
annuat: aut corpus proprium nuntiet: ac
sepe iudicat modo cōtrario: qua in re tam
sui corporis: q̄z aliorum damnat affectio-
nem. ¶ Dirimamus in presentia ceteraz re
rum speculationes. Accipiamus summaz
summi contemplationem: vt cognosca-
mus quātū in ea mens naturā redarguat
corporalez. ¶ Phantasia sensus externos se
quitur. Sensus corporis sui: aliorūq̄z cor-
porum dispositionē. Quapropter sensuuz:
& phantasie iudiciuz corpor̄ dispositioni
tribuimus: diciniusq̄z ipsum p̄m affectio-
nem fieri corporalē. Quando animus no
ster: quid deus sit cupiēs inuenire: a magi
stris huiusmodi scisciatur: phātasia: p̄cep-
tor: & saber nimiū temerarius statuaz ali
quaz machinatur ex quinq̄z materijs: q̄s
aliarū omnium pulcherrimas externi sen
sus ipsi obtulerint acceptas a mundo. Eo
tamē pacto: vt materias illas excellentio-
res reddat quodāmodo q̄z a mūdo p sen
sus acceperit. ¶ Offert igitur phantasia no
bis lumen adeo clarū: vt nulluz aliud vi-
deri possit fulgētius. Adeo ingens: vt nul
lum amplius: ac ferme per imensuz inane
diffusum: quod innumerabilibus sit colo
ribus exornatū: & in circuluz reuoluatur.
Ob quam reuolutionez dulcissimis reso-
net modulis tam implētibus q̄z demulcē
tibus aures. Jocundissimis redoleat odo
ribus. Saporibus quoq̄z omnibus abun-
det: qui possint effingi omniū suauissimi.
Tactu molle mirū in modū: delicatum: le
ne: & tēperatuz. ¶ Hunc esse deum predicat
phātasia. Nihil dat nobis pulchrius mū-
di corpus. Nihil corporeus sensus aut at-
tingit melius: aut nunciat excellētius. Ni
hil amica sensuum phantasia effingit sub-
limius. Sed ratio interim e summa men
tis specula despiciens phantasie ludos ita
proclamat. Caue animula: caue inanis isti
us sophiste p̄stigias. Deum queris? Accī
pe lumen tanto clarius lumine solis: quā
to lumen solis est lucidius tenebris. Ad
quod si solis lumen cōparetur: & si milies
milies q̄z clarios sit: esse videatur vmbra.
Atq̄z etiā tāto subtilius accipe: vt aciem
visus effugiat. Neq̄z ipsum per inane dif-
fundas: ne partibus cōstet: atq̄z ita subsī-
tatio: ne indigeat partiuz: ac loco. Collige
totum: si potes: in punctum: vt ex hac in
finita vnione infinite sit potens. Sit dein
de: si lubet: vbiq̄z p̄sens: non sparsum lo
co: sed integrū loco: cuilibet adstāte. Neq̄z
colorum multiplici varietate inficiatur.
Splendidius enim est lumen purū q̄z co
loratum lumen: neq̄z voluatur: aut soner.
Nolo enim moueri illud: vel collidi: vel
frangi. Et statum esse arbitror motu per-
fectiorem. Auferas quoq̄z odores: sapores:
mollitiemq̄z tractabilez: ne crassiori sit na
tura compositum. ¶ Hic fulget: quod nō ca
pit locus: hic sonat: quod non rapit tem-
pus. ¶ Hic olet: quod non spargit flatus.
¶ Hic sapit: quod non minuit edacitas. ¶ Hic
heret: quod sacietas non diuellit. Dei fa-
ciem rursum intueri desideras? ¶ Mundū
conspice vniuersum solis lumine plenuz.
Lumen conspice in materia mundi ple-
num omnibus rerū omniuz formis: atq̄z
volubile. Subtrahe queso materiaz lumi
ni. Relinque cetera. Subito habes aiam
in corporeuz videlicet lumen: omniforme:
mutabile. Deme rursus lumini huic ani-
mali mutationē. Es iam intellectū angeli
cum cōsecuta. In corporeū. s. lumen: omni
forme: inuariabile. Detrahe huic eam di-
uersitatem: per quā forma quelibet diuer-
sa est a lumine: & aliunde ifusa est lumini.
Ita vt eadem luminis: & forme cuiuslibet
essentia sit. Atq̄z ipsum lumē sese formet:
perq̄z formas suas formet omnia. Lumen
hoc infinite lucet. Quia natura lucet sua:
neq̄z alterius mixtione inficitur: vel con-
trahitur. ¶ Per omnia est: qa in nullo. In
nullo est: vt abunde p omnia fulgeat. Ui-

ait ex se: & vitam prestat cunctis: quando quidem vmbra eius: qualis est lux ista solis: sola in corporibus est viuifica. Sentit quelibz: sensuq; largitur: si vmbra eius sensus omnes oibus excitat. Amat ǒniq; singula: si maxime sua sunt singula. Ergo qđ solis est lumẽ: vmbra dei? Ergo qđ deus est? Sol solis est deus. Solis lumen est deus in corpore mundi. Deus est sol super angelicos intellectus. Hic tuus est: o anima. Hic tuus est deus. Huius vmbram tibi ostenderat phantasia. Talis vmbra dei est: vt sensibilium pulcherrima sit. Qualem esse dei lucem existimas? si tantuz dei lucet vmbra: quãtũ lux dei fulget? Ama lucem solis vbiq; pre ceteris: immo solaz. Ama deum solum: solam o anima lucem. Infinitam benefici dei lucẽ infinite ama. Fulgebis iam: & oblectaberis infinite.

Quere igitur obsecro faciem eius: & gaudebis in euum. Sed ne mouearis precor: vt eam tangas: quia stabilitas ipsa est. Ne distraharis per varia: vt apprehendas: ga vnitas ipsa est. Siste motuz. Collige multitudinem. Deum protinus assequeris: iã diu te penitus assecutum. In hac indagatione: proh deus immortalis: quantuz repugnat mens cunctis corporibus: quantum disperdit eorum imagines: & fallacias: quantum damnat phantasiam: sensusq; comites corporuz? Profecto ipsa: sicut per se est substantia: nullam a corpore vllo ducens originem: ita per se agit quãdoq; proprium opus absq; vllo corporum aminiculo. Immo vero: quod est mirabilius: contra quelibet corporũ machinamenta. Hec certe nunq; operando se ab omni secerneret labe corporea: niſi multo magis in essentia ab omni corpea stirpe esset alienissima. Et q; non pǒt per vim aliquam corporis vniuerse nature corporum repugnare: non enim surgit particula supra totum: sequitur: vt per vim ꝓpriam in pǒsenti agat absq; subsidio corporaliũ: iǒq; multo magis i posterũ id possit efficere. Quo modo repugnat mens corpori speculãdo satis iam diximus. Dicam? deincepe quãtum in cõsultando. Sepe esuriente stomacho: vel sitiente pulmone: siue per somnũ cerebro grauescente: siue genitalibus mẽbris semine tumescentibus sensus corporis comes ad cibum: potum: somnum inuitat: & coitum. Incitat inquam: vel potius corporis incitamenta nãtiat animo. Ratio vero contemplationis: honestatis ve gratia ab ijs iudicat abstinendum: & vt iubet: sepenumero abstinemus. Quando infertur contumelia: vel iniuria circa precordia: sanguis ad vindictã accenditur. Tũc vis anime motrix: comes: hospesq; corporis pedes & manus mouet ad vlciscendũ. Ratio nõnunq; pacis & otij causa sistere iubet: & cohibz: obiectis sepe periculis contrepidat. Sed occurrere prelio ratio precipit tutãde patrie causa. Unde inuito etiã corde itur in hostes. Fines autez: ad quos ratio ita deliberat: incorporei sunt: veritas scilz & honestas. Luz Plato noster vir celestis domandi corporis gratia achademiam insalubrem attice locum habitandam elegit: nonne animum eius corporis natura aduersabatur? Cum Xenocrates discipulus Platonis discipulus: & Origenes eorum sectator exusserunt sibi virilia: quo libidinis incendia prorsus extinguerent.

Nõne inuictus animus bellum membris corporis indicebat. Ante hos magi persaruz: Egyptij sacerdotes: pythagorici philosophi: vt venerem enervarent: mero: & carnibus abstinebãt. Mitto priscos illos sacerdotes magne matri consecratos: aut Saturno. Illi castrabant se. Isti se excarnificabant. Mitto primitias christianorũ: quibus nihil fortius: nihil mirabilius vnquam vidit mundus. Quapropter nemo nobis obiciat: vel paucos olim fuisse: vel esse hodie pauciſſimos: qui corporis resistant affectibus. Immo vero resistimus omnes quotidie: alij sanitatis: alij honoris: alij pacis: alij iustitie: cõtemplationis dei: beatitudinis gratia. Ac etiam si nunquam corporis impetus frangeremus: sa-

tio tamen esset pugna ipsa: que est in nobis continua ad ostendendum: animā corpori repugnare. Si nullam in nobis alia esset natura q̄z corporea: statim cum corporis affectio ad aliquid traheret: proruere mur: vt bruta. Neq̄z pensi quicq̄z habere mus: cōsulta remusve: nūquid esset illud: ad quod allicit corpus: efficiendum. Nihil enim secum pugnat. Semp tamen ferme in nobis est pugna illata nobis a corpore toto. Est igitur in nobis aliquid preter ipsum ab eius stirpe semotum. Semotum in quam tum ab omni humorum: elemētorum q̄z natura: quo cūctis horum inclinationibus possit obsistere: easq̄z cogitatione: & affectu trāscendere: tum etiā ab omni natura celesti ab ipso celo humoribus insula: ad eorūq̄z perducta pprietatē. Quo etiā celestibus inclinationibus quādoq̄z valeat aduersari: quod astrologi nobis ipsi concedunt. Atq̄z substantiam quādam celo longe prestantiorem excogitare semper: & colere. Dicitō: q̄ quicquid per corporeā: mobilemq̄z celi virtutem efficitur: & corporeū est: & penitus mobile. Neq̄z pōt corpoream: mobilemq̄z naturā exuperare. Quapropter alius tum ab elementali: tum a celesti natura elementis insula seorsuz vinere pōt. Quod si quis platonicorum dicat: eū in celesti vehiculo semper esse: respōdebimus. Non animū a vehiculo: sed vehiculū ab alio dependere: sempiternumq̄z animū apud platonicos sempiternū vehiculuz semp viuificare. Sed ad institutū ordinē redeamus. Neq̄z nos turbet: q̄ alia sepe obsequit corpi: ga nō vi obsegtur: sed amore: quo corpori per ipsam viuēti tanq̄z filie: & suo opi afficitur. Mater filiū tanq̄z suū opus amat. Filius parvulus cibum preter modū cupit. Abstinere iubet mater. Facet inde: gestitq̄z puer: si bene fuerit ēducatus. Sin male: clamat: domūq̄z pturbat. Diceret plangētis filij mater: quē amat nimiū. Nōdū tū: vt cibū capiat: assentit: nisi secum ipsa prius cōsultando iudicet: posse illum gustare aliquid absq̄z corporis detrimēto: aut si qđ dānī illatum fuerit: p medicinaz facile posse succurri. Tunc demuz cibum accipit natus. Nō cogitur mater a filio paruulo. Sz operis sui dilectio matrē allicit: vt filio obsequatur. Obtēperat tandem prout censet obtēperādū. Iudicat aūt sepe vere. Quādoq̄z fallitur: q: obtemperādi nimiū cupida nō satis diligenter euentus examinat. Eadē est aie ad corpus similitudo. Proinde si naturale esset alam succūbere corpori: omnio anima: ac semper sensibus cederet. Quū vo resistit sepenumero cōsultando: si quādo cōsentit: non natura: vel violentia obsequit: sed amore. Quo sūma vis anime afficit medie. Media infime. Infima vitali cōplexioni. Vitalis complexio corpori. Siquidē platonici putant: ab aie rationalis substātia tanq̄z sole effundi vitam corporis irrationalez tanq̄z lumen: illamq̄z erga hanc affici quasi prolem. Ad quam prolem suscipiendaz corpus: vt Timeus docet: per celestes alias disponatur. Quid vo dicemus ad illud: quando animus aliquis suum corpus interimit: siue consilio: siue indignatione: seu metu id faciat: vel dolore? Quomō idvnq̄z aggrederetur: si corpus animi esset origo? Cuz nō possit appetitus aliquis in natura contra ipsammet surgere. Nullū brutum sponte seipsum interimit. Quia non potest in eorum animaz a corpore pullulantem stimulus aliqs cōtra corpus oriri. Homo autez licet sit prudentius aial: tamen id sepe facit. Catticinans: vt arbitror: se super sore post corpus: ac se potius corporis sarcina exonerare: quam perdere.

¶ Quarta ratio. Anima libere operatur.

Capitulo. xiij.

QVarime vo nō oriri vllo modo ex corpore hominis animam cognoscemus: si q̄z liberum sit: in ea arbitriū ratione propria comprehenderimus. Nam quod corpori: cuius natura determinata est alligatur: operationem habere non potest liberam: & solutā. Profecto a cōmuni

aliqua cõsideratione nulla prouenit actio: nisi intercedat aliqua particularis existimatio: q motus: actionesq circa particularia fiunt: ceu cum quis cõmuniter consideret exercitationem corporis vtilem esse. Licet ita consideret: nõdum tamẽ exercetur: nisi consulteret prius: quot sint exercitationis modi: & qui magis conducat. At quando vnam quãdam particularem exercitationem pre multis elegerit: tunc opus aggreditur. Si deambulationez: deambulat. Si equitationez: equitat. Intellectus natura sua in vniuersaliuz rationũ conceptione versatur. Quapropter: vt ex eius apprehẽsione aliqua proueniat actio oportet vniuersalem eius conceptionem ad particularia quedam deduci. Vniuersalis autem notio vi sua multa: imo infinita singularia continet: vt exercendi cõmune genus modos exercitationis innumerabiles. Igitur potest vniuersalis illa notio ad diuersa pariter singularia deriuari. De riuationem huiusmodi sequitur iudiciuz de agendis. Diuersum igitur sequi potest iudiciũ. Itaq iudicium intellectus de rebus agendis non est natura sua ad aliqd vnum determinatum. Est igitur liberuz. D Iudicij siquidem libertate carent aliqua: quia nullum habent iudicium: vt plante. Aliqua quia licet habeant: habent tamen a natura ad vnum aliquid determinatuz: vt bruta. Naturali enim existimatione iudicat ouis lupum sibi pernicioſum: ac fugit. Neq potest non fugere: impellẽte natura: naturali instinctu ferũtur irundines ad nidum conficiendum: apes ad aluearia: ad telas aranee. Ideo omnes eiusdem speciei animantes eodem modo sua fabricant semper: neq discunt aliquando: neq variant vnquam: quia species naturalis: qua ducuntur: ab initio inest: atq eadem permanet. Homines autẽ & discũt: & opera sua variant semper: vnam tamen: & ab initio naturam habent. Non igitur natura trahuntur ad agendum: sed ipsi suo consilio alias aliter seipsos agunt. Unde enim cõtingere id putamus: q arbores: bestieq in suis quibusdam motibus: artibus: electionibusq numq aberrant. Homo vero sepissime. Non quidem ex eo: q intellectus insit illis perfectior: quibus nec intellectus quidem inest vllus. Sed quia E ab intellectu diuino nunquaz errante trahuntur. Homo vero a suo: qui errare potest: ducitur. Qui etiaz si quando ab actionibus propriis otium agit ad tẽpus: tunc ipse quoq deo ducitur: atq errat: quod ex vaticinijs: & miraculis declaratur. Ac si semper duceretur: sicut alia tanto minus erraret q illa: quanto esset perfectius instrumentum: Rursus si alia seipsa ducerent: sicut homo: tanto magis errarent: quanto minus perfectam sortita sunt speciem. Cũ F igitur homo iudicium de rebus agendis non habeat a natura ad vnum determinatum: est necessario liber. Quod autem iudicet libere: ex eo conijcimus: q seipsum ducit ad iudicandum. Quod seipsum ducat: ex eo q in iudicium suum se reflectit. Quod se reflectat: ex eo q se iudicare cognoscit: iudiciumq definit. Quam quidem libertatem intellectus ipsius virtute sortitur. Intellectus eniz non modo hoc: aut illud apprehendit bonum: sed ipsum cõmune bonum. Quoniam vero intellectus per apprehensam a se formaz mouet voluntatem: atq in omnibus motoris & mobile proportione, inuicem congruum: voluntas rationalis nõ est a natura determinata: nisi ad ipsum commune bonum. Sub ipso cõmuni bono bona singula cõtinentur: Quicquid igitur voluntati offertur vt bonum: potest in illud inclinari G voluntas; nulla inclinatione naturali in contrarium prohibente. Quod quidez significatur per ea: que supra diximus: q multa eligit cõtra nature corporalis vsuz: & voluptatẽ. Prescribit sibi vite ordinẽ sepissime corpi noxiũ: odit corpus: extenuat: enecat. Qd nunq bestie faciunt: quarum ois impetus: actioq seruit corpis vsui. Operepretium est cõsiderare quedam a philo-

sophis necessaria:quedam impossibilia:q̃
dam media.s.possibilia nũcupari.Et pos/
sibilia quedaz vt plurimũ euenire: quedã
rarius:quedam vero equaliter ferme con
tingere.Hunc ordinem vniuerso cõgrue/
re potissimum arbitrantur . Affirmant
rursus alia quidẽ naturalia:alia vero vo//
luntaria esse.Addunt insuper nusq̃ fore
potentiam vllã ad vtrunq̃ contingentiũ
equaliter se habẽtem:nisi voluntarye agẽ
tibus insit.Naturalia.n.agentia potius eẽ
determinata q̃ voluntaria.Deniq̃ natu/
ralia cuiusq̃ officia probant vana esse nõ
posse.Officium autẽ hominis esse consi/
lium.Frustra tñ illit ad opposita consulta
A ei vbi nequeant alterutrũ:put coniectura
designat eligi:atq̃ tractari.Precipue ve/
ro ex hoc inuenietur animi nostri libertas
si planius:quo modo mouentur bestiarũ
alie videamus.Quando animal brutũ esu
rit:si oculis eius offertur:eius anima iudi
cat:pabulũ tale sibi fore conueniens. Ap/
petitus cupit:mouetq̃ ad ipsuz membra.
Querimus vnde sit motus ille membro/
rũ. Procul dubio est ab appetitu.Appeti/
tionis motus vnde?A iudicio.Ex eo.n.
q̃ cibum cõuenire sibi iudicauit: illico cõ
cupiuit.Unde iudiciuz?A forma tali: vel
tali cibi ipsius oculis apparente. Et ab in
terna talis corporis egestate.Quotiens.n.
tale corpus esurit:t pomũ tale monstrat
aspectui totiens anima illa conuenire sibi
illud iudicat:atq̃ appetit.Cernis motus
illius principiuz non esse in anima: sed in
corpore.In corpore inquã pabuli sic dispo
siti:t corpore bruti sic affecto.Itaq̃ nõ p
prie anima illa ducit corpus: neq̃ proprie
ex seipsa mouet:sed tam cibi q̃ sui corpis
natura trahit illã.Ad cuius tractum mem
B bra ẽt rapiuntur.Cuius rei signa quatuor
afferemus.Primũ q̃ tali quodã cibo mõ
strato:t sic affecto corpe statim ita iudicat
t appetit alia.Neq̃ postq̃ pabuli figuraz
aspexit:tempus aliquod vel brevissimum
differt iudicium t cupidinem. Quasi ani
ma illa pene nihil ex sua virtute in mediũ
afferat:sed posita illa iudicij causa : statim
iudicandi sequatur effectus.Nec iniuria.
Forma eniz agendi principiũ est:vt ignis
calor calefaciendi principium. Formaruz ve
ro aliqua est a natura impressa:vt igni ca/
lor:t leuitas:aliqua est apprehensa vt spe/
cies cibi per visum.Appetitio ignis mo//
tus formam impressam sequitur.Judicium
t appetitio bestie sic affecte formã illã cibi
sequitur apprehensaz.Huius ergo motus
principiuz est cibus:eiusq̃ forma.Et sicut
ignis non per se mouetur :qz non põt nõ
ascendere:cum nihil obstat non potest nõ
vrere:cũ aliqd adest vrendum. Sic bestia
non per se mouet:qz non potest non ferri
in ea:que sic:aut sic offeruntur.Secundũ
signum est q̃ irrationalis anima nunquaz
aliter iudicat:cupit:prosequitur: quaz ad
corporis pertineat vsum.In omni eius ac
tione finis est corporis cõmodum . Finis
autez in rebus vltimus idem est ferme:q̃
t principium.Principium ignis est lune
concauũ.Concauũ lune ignei motus est
finis:qz causa queq̃ ad sui finẽ agit:t mo/
uet.Ergo in bruto principium actionũ est
corporis natura:siue anima.Non alia me/
ra:siz corporalis:t vt sentit toti nature:vi/
teq̃ artifici naturalium : postq̃ in natu//
ra:vitaq̃ corporea conseruanda est : finis
agendi.Tertium q̃ bestiaz nunq̃ peniteat
sic:aut sic egisse :neq̃ retractat quicquam
neq̃ emendat. Quod significat vnicũ ibi
esse agendi principium: postq̃ nulla est
repugnãtia.Corporea certe vita mouet tã
quã finis ꝓprius.Ergo nihil aliud ꝓpriũ
inest ibi:preter corpoream vitam: qđ mo/
ueat.Quartum quod vt supra diximus in
operibus brutorum eiusdem speciei nõ est
diuersitas.Non aliter aranea alia telam te
xit quam alia.Omnes quoq̃ irundines
nidum similiter faciunt:t singule singu/
lis annis eodem pacto.Quemadmodum
omnis ignis similiter calefacit.Omnis la
pis descendit similiter.Omnis planta ꝑ
sua specie similiter pullulat . Natura ñ
quidem rei cuiusq̃ vna quedam est affixa

sibi forma: & certavis ab initio insita. Per quam vnaq; similemq; semper vnū opus fit semper: & simile. Idcirco bestiaruq; anima instinctum secuta nature tenorem seruat speciei sue familiarem. Idem & nobis accidit: quotiens torpet ratio: & ad nutus sensuum: phantasieq; viuimus. Uerum expergefacta: & intenta ratione: consultamus in rebus agendis diu: & nutus phantasie damnamus: & aliter facimus: q̄ vel externoꝝ corpoꝝ vel membroꝝ nostrorum poscat nō. Ac si q̄n tio indulgemus: penitet nos: atq; emēdare conamur somamusq; sepe naturam corpis: & subicimus. Agimus enim non modo per imagines illas obiectu corporum acceptas: siue conceptas: sed etiam per vniuersales reruq; spēs & rationes: que partim insunt animo: partim eius peculiari vi pariuntur. Ubi agēdi principium nostra forma est: non corporis. A nobis parta: non accepta a corpore ad animi modum potius q̄ ad modum corporuq; procreata: cōmunis ad infinitos agendi modos. Ideo non vni agendi modo astringimur: sed per omnes libere peruagamur. Habemus.n. in mēte cōe quoddam bonorū exēplar: ad qd singula cōparātes: siue reicimus: siue magis: minus ve probamus: non ipsi quidez tracti a rebus ipsis: vel corpore: sed trahentes res ipsas potius ad exemplar: & corpus ad mentez. Ideo etiam dum similis permanet reruq; corporisq; affectio: sepe eligimus dissimiliter alias seq; aliter. Et dum fit dissimilis: eligimus sepe similiter: immo in eodez pene momento propter varias coniecturas a ratione propositas: etiam dum corporalia manent similia: varie: contrarieq; quodammodo fiunt electiones. Consultatione nanq; fit: vt non animaq; rebus: sed res anime nostre subiciamus: profecto vt sepe Plotinus ait: Proculusq; confirmat huius indicium habemus in scientijs: & moribus. In scientijs hoc pacto. Quando sola veritatis speculatione contenti sumus: nihil prorsus communicantes cuq; corpore: neq; agere aliquid extra nos affectantes. Quis non videat contemplationem illam nostram esse penitus nullo modo a corpore dependentem? In moribus iterū hoc modo. Cum omnia vite studia ad animum nostrum dirigimus moribus exornandum: quis non intelligat tunc officiorum nostroꝝ finem esse animam: atq; ideo eorundem animam esse principium? Harum actionum non humores principia sunt: quoniam humores non inuitant ad aliquid contra corpus eorum: & supra corpora. Non celum: quod per humores mouet. Corpus quippe celi longe remotum: neq; prius mouet quatuor humores nostros: q̄ moueat quatuor elemēta. Neq; mouebit animam: nisi humoribus agitatis. Humoꝝ vero agitationi animus aduersatur: dum illoꝝ impetus speculationis intētione contemnit: morum studio cohibet: artium industria frangit. Nemo aut Socrate ad amoreꝝ: aut Alcipho ne megarico ad libidinem: ebrietatemq; natura procliuior fuit: nemo ijs euasit studio continentior: nonne Xenocrates: Demosthenes: & cleantes nature impedimenta diligentia repulerunt. Si humoribus resistimus: obsistimus & elementis: & celo: immo etiam si non subicimur celo: multo minus ceteris corporibus subdimur. Celo vero non subici hominis animuq; hinc apparet: q̄ futuros casus primo scientia preuidet. Deinde aut prudentia vitat: aut magnanimitate nihilipendit: quasi nō ad ipsum hominem: qui ipse est animus: pertineant quicq̄: sed ad animi carcerem. Accedit: q̄ prospera fortuna propter temperantiam feliciter vtitur. Aduersa propter tollerātiam optime: nta vtrtraq; sibi eque ad virtutem proficiat: & salutem. Quo autez pacto aut sequitur casus: qui precedit: aut suscipit necessario: qui diligētia vitat? Aut horret natura: qui sepe despicit? Aut bonis vincitur: qui ad felicitatem propria illa dirigit? Aut superatur malis: qui mala conuertit in bona? Aut necessitate ali-

qua cogitur:qui dum propter pietatem li
benter cum diuina voluntate consentit:il
la etiam : que necessaria sunt : terribilia q
vident voluntaria efficit atq leuia? Idem
rursus ita per intellectum monstramus:&
voluntatem. Primo sic per intellectū. Ce
leste corpus formā hz corporalem:singula
rem:localē:& tēporalez. Forma:per quam
mens oīs intelligit:est incorporalis : vni
uersalis:& absoluta. Nec ergo a celo nō na
scitur. Forma enim:que alicubi clauditur:
formam nō generat absolutā. Ideoq celū
formam aliquaz in intellectu nō generat.
Num forte in eo gignit intelligentiā? Ne
A quaq. Nec enim formā segtur intellectus.
Quod ergo dare formā nequit : nō dabit
intelligentiā. Omnino no nullus corpus
per suā formā quicq intelligit. Talis enim
forma singularis est oīno . Multo minus
in alio intelligētiam generabit . Qm igit
intellectus neq actionem propriam:neq
actionis principium hz a celo:corpori cele
sti nō subditur. Presertim qr noster aius
secūdm eā vim:qua tūgitur his:que su
pra celum esse dicūtur:non modo nō sub
est celo:sed præest. Dic aūt quatenus intel
ligit veritatē:angelis:qui præ sunt celo:cō
tingitur. Earenus enim intelligit:quate
nus intellectuale lumē inde sortitur . Sic
ergo constat intellectum celo non subici.
B Sic rursus constabit:nō subici volūtatē.
Ea profecto:que natura fiunt:determina
tis medijs perducūtur ad finem. Tū sem
p eodē pene modo pueniūt. Nā.n. ad alī
qd vnuz determinat. Electiones aūt hoīs
diuersis vijs tēdūt ad finē:tā in moribus
q artificijs. Preterea q in eadē spē sūt in
naturalibus actionibus:que sequunt spe
ciem ipsam:inter se minime discrepāt. Si
cut enim omnis irundo:vt dicimus:simi
liter construit nidum : sic omnis intelle
ctus similiter intelligit:prima illa artium:
morum q principia : que nota sunt cuiq
per naturam. Et omnis voluntas simili
ter appetit p sum bonum:quia bonum se
C cundum naturam voluntas desiderat. Ea
siquidem hominis natura est : vt sicut se
intellectus habet ad speculandi principiū
quale est id : quod vbiq est manifeste ve
rum:ita voluntas ad agendi principium:
quale est ipsum bonum:ac necessario vtriſ
q omnes assentiamur . Electio vero est
actio quedam sequens humanam speciē:
sicut discursio rationis. Hec enim duo sunt
hominis propria. Sicut ergo si homines
nature instinctu ratiocinarentur eadē om
nium hominū in singulis rebus esset opi
nio:ita si ducente natura eligerēt:vna om
nium esset electio. Nūc autem alij modis
alijs eligunt alia:sicut & ratiocinādo iudi
cant varie. Quamobrem celi voluntatez
nostram instinctu nature nō mouēt. Mo
uent tamen corpora. Corporis motum se
quitur:siue nuntiat sensus. Hinc sepe vo
luntas allicitur. Non est autem incitamē
tum hoc electionis causa necessaria:qr illi
alias assentitur:alias minime. Neq tamē
a celestibus dūtaxat corporibus humanuz
corpus:sensus ve mouetur. Nam & Pto
lomeus ipse cōcedit particulares effectus
circa materiaz:haud quaq absolute sequi
celestia: que vniuersales : remoteq cause
sunt:sed quatenus cause medie tribuunt:
& mobilis dispositio materie cōtrarijs sub
dite causis alias & alibi aliter accipit . Qđ
quidem quotidie experientia ipsa proba
mus:in his presertim:que cum simul na
scantur:naturam potius speciei:& indivi
dui:loci quoq:& nutrimenti consuetudi
nisq secuntur:vt diuerso mō se habeāt q
idem nascendi momentuz : vt se omnino
similiter habeāt. Merito igit scripsit Pto
lomeus astrologie : vt cōem potius:atq
possibilem:q distinctam:necessariaq sen
tentiam ferant. Addit sapientes astris vel
minantibus repugnare:vel pollicentibus
posse fauere. Non igitur credenduz est as
sertionibus fari:dicentibus singula a deter
minatis causis proficisci:causaq posita:ef
fectum necessario sequi. Primum quidez
a causa remota:quamuis necessaria : esse
ctus nō necessario proueniat:nisi causa im

super media fit necessaria. Quēadmodū in argumentationibus: ex maiori propositione necessaria: atq; minori contingenti: necessaria conclusio sequi non solet. Sed iter celestes causas: atq; terrenos effectus medie cause sunt virtutes elementales: siue simplices: siue mixte: siue actiue: siue passiue: que quidem contingentes: mutabilesq; sunt: ⁊ impediri inuicem sepissime possunt. Deinde non est necessarium: posita hac: vel illa effectus causa determinata atq; etiam sufficienti: statim effectum sequi. Cum possit ex concursu cause alterius impediri. Sepe enim sufficiens hinc causa est ad bilem. Sed inde causa quedā sufficiens ad pituitam: atq; inuicem impedire se possunt. Postremo non omnium determinatas causas possumus designare. Quod enim si albus; causaꝫ habes propriam. Item propriam alteram: q̄ sis grāmaticus. Quod autem albedo: grammaticaq; concurrant: propriam non habes causam. Si enim duorum: que dixi concursus: ex communi quadam: determinataq; causa prouenuret: aliquem certe ordinem inter se haberent. De quolibet ergo effectu dicemus nō necessario apud nos ex sua causa proficisci: quoniam impediri poterat ex alia quadam causa per accidēs concurrente. Et quamuis causam concurrentem aliquis in causam reduxerit altiorem: ipsum tamen concursum: qui impedit in causam quandam reducere nemo potest: vt inde conuincat impedimentum huiusmodi ex aliquo celesti principio proficisci. Quapropter si que ad corpus pertinent: non necessario sequuntur astra: multo minus animi: eorumque actiones stellis subiciuntur. Neq; audeat quisquam dicere: mentes hominum a supernis mentibus moueri per celum tanquam per instrumentum aliquod: atque medium. Magis enim conueniunt mentes cum mentibus quam cuꝫ corporibus. Ideo inter illas mentes: ac nostras celuꝫ non interponitur. Sed potius inter mentes illas: ac celum nostre mentes medium obtinent. Propterea q̄ celi a numinibus per mentes hominum mouēdi essent: potius ꝯꝫ nostre inde per celos. Dixerit forte quispiam: mentes nostras a mētibus illis absq; medio agitari: agitent ergo si placet nos: immo ducant. Sic enim diuine erūt hominum mentes: si mouētur proxime a diuinis. Erunt nāq; illis proxime per naturam. Alioquin per naturā aliā illis propinquiorē quasi per mediuꝫ mouerentur. Erūt certe illis propinquiores ꝯꝫ celi globus: postquam inde mouentur sine celo. Quod si celum putant fore perpetuū: cur non etiam hominis animum sempiternū esse? cum sit diuinis propinquior? Proinde infusio: que in mentes inferiores a superioribus: angelicisq; transit: illuminatio potius est dicenda ꝯꝫ motus. Ille siquidē suo modo tradunt: hę quoq; suscipiūt suo modo. Utriq; vero sunt intellectus. Ergo intellectuale lumen est: ⁊ quod datur: ⁊ quod accipit. Munus huiusmodi non prohibet animum nostrū ad lumen illud suo modo conuerti. Pro natura sua vti: ac per illud libere ratiocinari: atq; eligere. Presertim q̄ noster animus interduꝫ ad deteriorem partem in consilijs sese cōfert. Instinctus autē mentiuꝫ diuinarū trahere semp ad optimum. Quapp humanus animus inspiratione numinū in naturaꝫ suā trahit. Illinc qppe descendit stabile. Ipse mobilem reddit: cū ipse sit mobilis ac celde mobiliter agit. Itaq; nihil obstat quo minus libera sit animi actio: cū nullo ppio mouēri subiciat. Plotinus: procul usq; ⁊ Auicēna disputāt: celestes motus non esse inferiorū causas: sed instrumenta potius diuinis motoribus velut artificibus obsequentia. Quorum varias cogitationes celestibus corporibus: figurisq; ⁊ motibus tanquam oculis: nutibusq; suis indicari nobis: ⁊ futura portendere. Addunt diuinorū notiones celestibus dispositionibus quasi litteris explicari. Et sicut aues volatu: atque garritu auspicibus:

auguribusq; non que agant ipse: sed que ignificent creduntur ostendere: ita celos figuris ⁊ motibus: que aliunde nãt quot tidie nobis significare. Quod quidez ostẽ
A dunt astrologi quando in alicuius genesi iudicanda plurima proferunt: que ad patres: auosq; ⁊ fratres: vxores: amicos: inimicosq; pertinent: quorum fortuna ab alterius genesi non dependet: sed tantum significatur. Si ergo corporea quod etiam supra probauimus: neq; proprie: neq; omnino celestibus superiorum motorum instrumentis subijciunt: multominus mẽs ipsa subijcitur: cuius mores ⁊ artes: si quãdo ab astrologis predicunt: tanq; p signa potiusq; per causas pferuntur. Siquidez superni motores non solum illa: quoq; ipsi sunt cause: sed etiam quorum mentes nostre future cause sunt: ⁊ excogitant ipsi secum: ⁊ celestibus nutibus sepe demõstrat Non subijci autẽ tunc declarat maxime mens nostra: volũtasq; : quãdo vsq; adeo effertur vt pene se velit solam. Tunc. n. se quodammodo a ceteris liberat creaturis: seq; ipsa ferme contenta est. Rursus quando in suum actum circulo se reflectit. Circuitus enim spiritalis termino non seruit extraneo. Preterea quando nõ modo propter aliam coniecturam vult: ppter aliam nõ vult: sed etiam vult quod possit velle pariter: atq; nolle: Qua in re videtur indifferens ad volendum pariter: ⁊ nolendũ. Ac nulli prorsus astricta. Item quando eligit summam desiderij cuiusq; vacationẽ. Nam tunc tractũ proprij obiecti cuiusq; dissoluit. Potentia hec que actum omnẽ interimit proprio nulli seruit obiecto. Horum hoc ita planius explicemus. Quotiens aliquod nobis bonum proponitur: totiens potest alius ita ratiocinari. Quia maximum bonum est libertas: volo eam in me experiri quandoq;. Itaq; malo nũc eligendi actum retinendo mei iuris esse: quam huic vel illi seruire volendo. Eligit tamen libertatẽ tanquã bonam. Quam sepe alias pp alia bõa posponit. Nullũ igit bonorum eligimus necessario: huius necessario velimus ipsum bonum. Denicq; aut nusq; motus est liber: aut liber est: vbi primus. Primus in anima. Oportet aũt primũ esse liberũ: si modo quicquid primo tale est: per se est tale. Quis. n. dubitet actionis motus inde incipere descendẽdo: quo questionis motus desinit ascendendo. Definit vero in animi ipsius imperium: cui cuz dico me agere hoc propter istud: istud pter illud. Illud quia volo. Velle q; placet. Placere autem mihi: ⁊ insuper velle: quod placeat. Addo quoniaz q; si forte nolẽ: nolle vellem. Id sepe appellat Plato p. B se moueri: idest per se: ac libere agere. Hic effici vult: vt liber viuat: q; agit: ⁊ libere. Ut nullius particularis: siue bõi: siue mali subijciatur impulsui qui vult liber. Ut non perdatur vnquam: qui violentia nõ pulsatur.

¶ Quinta ratio. Mens absq; corpe operatur. Cap. v.

Operandi modus modum sequitur existendi. Quare si alia modo aliquo per corpus exsistit: nihil sine corpore vnq; vel auxilio corporis agit. Nunc autem cõtra contingit. Non igitur est per corpus. C Audiamus primum Platonis mentem: de modo: quo cognoscendo hominis anima operatur. Quoniam anima multo est prestantior corpore. Et quod assidue formam aliquid est formato prestãtius: Ideo nulla corpora: siue extra nos sint: siue intra formas: vel imagines suas pingunt in anima: sed suis quibusdam qualitatibus: siue viribus siue imaginibus vaporem illum pulsant calentez: atq; vitalem: qui quodãmodo corporis est nodus: ⁊ anime ⁊ spiritus a phisicis appellatur. Si enim corpora illa cum spiritu hoc conueniunt in materia: cum anima vero non conueniunt. Rationalius est spiritum ab illis formari quam animam: que taz longe abest: quod formetur a corpore vt ipsa potius re vera

fit: & forma corporis: & formatrix: forma/
trix quidem sui corporis per naturam.
Aliorum vero partes. Anima igitur ratio
nalis: que fons est corporalium motionum
mouet quidem ipsa corpora: a corporibus
non mouetur. Moueretur autem ab illis
si formaret inde. Sed spiritus qui est ani/
me currus: a corporibus quibusq; pulsat.
Pulsatio huiusmodi non latet animam.
Ut talis quedam passio: siue agitatio spi/
ritus animum non latet: sentire dicimur.
Statim vero ex hoc subito sentiendi actu
vis interior animi ad opus aliud huic pri
mule excitat. Nam vbi p oculi spiritū colo
res p auritū spiritus sonos: perq; alios alia
attigit: ipsa sua quadam vi: per quam prae
est corporibus eorumq; semina possidet:
non minus in cognoscendi quam in alen
di virtute. Mox colorū: sonorumq; & reli
quorum simulacra penitus spiritalia: vel
denuo concipit in seipsa: vel olim cōcepta
parturit: colligitq; in vnum. Hanc imagi
nationem in superioribus nūcupauimus.
Posuimus postea phantasiam paulo hac
superiorem per corporum imagines fer me
similiter peruagantem. Intellectū denicq;
longo interuallo eminentiorem: quemadmo
modum declarauimus. Quando anima
D sentit quippiam apud Platonicos: dicit
operari per corpus: nō qr ipsa simul: & cor
pus sentiat: Sicut enim anima fons est vi
uendi (vt Plato ait) ita & sentiendi. Prae
terea oculis auribus ve sepe obiecta sua p
sentia sunt. Si tamen animus attētus ge
quam intra se secum agitat non prius sen
tiuntur: quā animus ad talia reuertat: qñ
nō mēbra hec: sed interior ipsa animi no//
stri natura vim habeat sentiendi. Que tū
vis sentiendi non sentit: nisi dum corpo/
ralis spiritus a corporibus agitatur. Cui
do per imaginationem vel phantasiā agi
tiatur per corpus auxilium operari: qa
reuolunt per imagines singulas: que singu
la referunt corpora: & per impulsum corpo
ralis spiritus a corporibus factum concur
pte fuerunt. Ac etiam quia tanta est inter

has internas imagines: spiritumq; cogna
tio: vt reuolutionem imaginū facta intrin
secus sequat semper spiritus ipsius vibra/
tio: atq; vicissim spiritus huius vibratio/
nem committetur vt plurimum imaginum
reuolutio. Quando per intelligentiaz aliq
quid speculatur: & eligit: dicitur: & sine cor
pore: & sine auxilio corporis operari. Quo
niam etiam absq; impulsu illo spiritus: &
absq; imaginibus inde collectis aliqd vi
deat: eligitq; ab illis prorsus alienissimuz.
Dictum in presentia quod peripatetici vi/ E
reo sentiendi omnes in anima quidem se/
cundum originem: in composito vero se/
cundum formam ponunt. Intelligēdi aūt
in sola anima collocant. Atq; hoc pacto
illae per corpus agere: hanc vero etiam si
ne corpore operari putantur. Verum tamen na
turaliter se ad imagines corporalis sensus
tamdiu conuertere: quamdiu animus cor
pus naturaliter habitat. Quod autem po
strema hec operatio quandoq; sine corpo
rali subsidio fiat: & prorsus ille semp p cor/
poris auxilium: hec que subyciam signa:
nobis ostendent. Primus vis ipsa anime
que corpore vtitur quecunq; illa sit instru
mentum suū non percipit. Quis enim gu
stu linguam suam gustat. Quis per ima/
ginationem: vel phantasiam cognouit spi
rituū: imaginumq; naturaz: que vix post
diuturnas mentis discussiones agnoscit.
Pateret autem cuiq; & facillime: si prima
ginationē: & phantasiā cognosceret. Secū
dū signū. Quis ratio q̄ vti vidimus corpe:
neq; seipsaz nosci: neq; propriā actionē.
Si visus propriae ex eo q̄ videt: peiperet
se videre: semper: dum videmus aliquid
videre aduerteremus. Quod minime fit.
Sepe namq; presentem hominē patentri/
bus oculis videmus. Quoniam vero tūc
vis interior anime ad aliud intenta est vi
dere nos nequaquā aduertimus. Quasi
actus huiusmodi non a visu: sed a vi qua
dam interiori: quando expedita est perci/
piatur. Preterea actus videndi: ac similes
quodammodo incorporales sunt. Sen/

sue autem illi sola corporalia noscunt. Si actiones suas he vires ignorant: ignorant quoq; seipsas. Quid n. aliud, certa quedā vis est: nisi principiuz certo modo quodā: t ꝓprio operandi? Ergo qui operationez nescit: nescit t operandi modum. Nescit quoq; proprium sic opandi principium.
A Itaq; sensus quinq; seipsos ignorāt. Sed neq; etiam imaginatio t phantasia se norunt. Nam cuz omnes duabus his aie viribus semper vtant: omnes facillime: quā naturam he vires habent cognoscerent.
B Nunc vero vix illi ista nouerunt: qui diuturno mentis examine quesiuere. Tertiuz signum quando vehemens aliquid viribus ijs obijcitur: quod nos violētius agit: tertia eas occupat: vt res debiliores non bene percipiātur: neq; ipso eodē tempore neq; postea ad tempus. Oculus noster aduersis quandoq; solis radijs obtutus, colores alios: neq; tunc: neq; postea p aliqd̄ temporis spacium dispicit. Idē accidit auribus ex strepitu t tonitru vehemēti. Idē quoq; sensibus ceteris. Idem imaginationi: t phantasie: quotiens horendis qbusdam imaginibus occupantur. Quod ofte dit huiusmodi virium actum: cum spiritus vibratione concurrere: atq; econuerso: quemadmodum sensus: motusq; aranee in media tela manentis: tēsis vndiq; filis: t aduolantibus muscis tremorem tele vndiq; sequitur: atq; cōtra tele tremor aranee motum. Profecto hoc mōstrat eas vires materie esse propinquas: cum sepe ab obiecto quasi vincantur. Et corporaliū passionum reliquie in spiritu remanētes ad tempus eas confundant. Quartum signum ab obiecto potentiori non modo actus discernendi cōfunditur: sed leſio fit in nobis: atq; molestia: quasi leso spiritu corporali: his quoq; a viribus ex mutuo quodam vsu nōnulla cōtingat offensio. Quintum: qualitatem: imaginē q; sibi familiare nō apprehendunt candore suū: vel imaginē p q̄s intuetur: nō videt oculus. Calorē suū tactus non indicat. Ac ēt si calor aliqs
C alienus euadat ipsi familiarie: non sentit. Quod fieri solet in iis qui ethica febre laborant: quorum tactus nequam psentit febrem. Vim suam: t habituz: t conceptas imagines imaginatio quoq; : t phantasia prorsus ignorant. Hec eniz ratio talia repe
D rit. Sextum post etatis septimū: vel octauum septenarium quando complexio corporis ad terestrem qualitatem paulatiz incipit declinare: resolutis aut nimium densatis: tepefactisq; spiritibus hebescit visus auditus obtūditur. Olfatus obstruit. Riget gustus. Tactus arescit. Imaginatiōis: phantasieq; solita velocitas retardatur. t
E Septimum q̄to diutius laborant: sensus tantomagis debilitati sentiunt pene: atq; cōfusius. Si. n. per horam aliquid fixus inspexeris: caligabis: q: resolutis spiritibus vel obscuritatis: non clarent in eis rerum sensibiliuz qualitates: imagines q; quas sernas. Octauum. Certum quoddam rerum genus attingūt: non omnia genera. Quin
F q; sensus sua quisq; : vt patet genera qualitatū. Imaginatio: phantasiaq; ꝓprias harum qualitatum conditiones. Nec t huiusmodi alia viribus anime vtentibus corpore solent accidere. Contraria vero accidunt intellectui. Ergo intellectus nō vtitur corpore. Quod aūt contraria mēti cō
G tingant aliquando uerte. Vires ille seipsas ignorant. Mens autem se nouit. Inuenit. n. se esse: t in qua rerum spē sit: t quā vim habeat. Vires ille instrumenta quedā habēt atq; illa ignorant. Intellectus instrumentum habet nullum: t si quod haberet cognosceret: posq; t seipsum cognoscit: t alia. Ac inter se: t alia instrumentuz illud collocaret. Quod sigo mentē hꝰe dixerit instrumentum: perconctabimur nūquid illud corporale sit: an se aliter habeat. Si corporale responderit: ita per argumentationem peripateticam refelletur. Omne instrumentum corporale in aliqua specie corporū continetur p formā aliquā sibi ꝓpriā. Si tali quodā instrumēto intellectus vtat: non sincere de rebus corporalibus se

ret sniam. Nam q̃quid per tale instrumẽ
tum capiet: qualitate illius infectuz: non
tale penitus apparebit: quale re vera ipsuz
fuerit: sed quale fuerit instrumentum: vt
p rubẽtes oculos apparet aer rubens per
croceos vero croceus. Quo factum est: vt
pupilla oi careat colore: quo possit omnes
colores pure suscipere. Sic omni co:porea
qualitate careret oporteret mentis instru
mentũ: vt sincere p ipsuz discerneret oẽs.
Non tamen careret omni: si corpus esset:
haberet igitur aliquã. Quã vero haberet:
non acciperet. Itaq; illius similes qualita
tes per illud mens non cognosceret. Quẽ
admodum tactus cuius instrumentũ cer
tam hz caliditatẽ: similem oino caliditatẽ
non sentit. Sed neq; etiã qualitates illius
dissimiles pure discerneret: q̃ ille p illius
qualitatẽ prius inficerent: quam mens ad
verteret. Deniq; per instrumentuz quod
esset corpus. Quod esset i certo aliquo ge
nere corpoz. Quod esset aliquid singula
re: loco: ac tempore circũscriptum: non co
gnosceret mens prestatius aliqd q̃z corpa.
Neq; illa quidẽ oia: sed certum quoddaz
genus rerum co:porearum. Quemadmo
dum singuli gnoz sensus per singula istrũ
menta singula sentiunt genera corporalitũ.
Postremo vle aliqd per singulare instrm
non cõprehenderet. Experimur: si nos p
mentẽ vniuersalia nosce. Quãdoq; diuer
sa videntur: conuenire simul in natura ali
qua repimus. Quando singula queq; in
vnã reducimus spẽm. Quando rez singu
larem: ac ppriam cum cõmuni cõparates
differere vniuersale a pticulari censemus.
Comparare autem inuicẽ duo hec nõ pos
sumus aliter q̃z p virtutẽ vnã: que vtraq;
comprehendat. Quotiens recta rõne ge
nus quoddam rerũ verissimarũ ab oi cor
porũ genere ita secernimus: vt i illo nihil
corporale cernamus: totiẽs quicquid dici
potest corporale: reicimus. Non tamẽ pos
sumus per corporeum instrumentũ cuncta
reijcere co:poralia: q̃ ipsum saltem instru
mentum per ipsummet instrumentum re
pelli nõ potest. Et q̃ abstractam conspici
mus spẽm: perq; illam vnimus: tum nos
formis rationibusq; abstractis: tum nobis
eisdem: tunc corporeum instrumentuz in
terpositum impedimẽto esset potiusq;
adiumẽto. Nam t diuersissimũ est ab illis
t inferius admodum: t distantiam affert:
multomagis q̃z vnionem. Cum hec ita se
habeant mens vti non potest instrumẽto
aliquo co:porali. Sed nunq̃d alio? Pro:
sus nullo. Naz fige illi aliud quod vis in
strumentũ adiunxerit: scitabimur: vtrũ
possit absq; ipso intelligere aliqd: an nihil
si potest instrumento non eget. Sed dicet
aliquis non posse. Nos contrà: posse asse
uerabimus. Jam n. quisq; fatebitur intel
lectum nosce seipsum: in qua cognitione
nullo vtr instrumento. Nã si aliquo vte
retur ad se capiendum: illud certe caderet
medii inter mentẽ: t mentis ipsius t essen
tiam: que ab ipsa p illud comprehenderẽ
tur. Ubi extraneũ aliquid esset: menti pro
pinquius q̃z mentis essentia. Et quando
potentia mentis reflectitur in potentiam
siue actus in actum: nullũ ibi interponit
instrumentum. Adeoq; n. assumimi so
let propter conuenientiã cum extremis.
Nullum vero instrumentuz cũ potentia
t actu magis q̃z potentia actuq; cõuenit.
Quisq; etiam confitebitur intellectum:
habere sui: ipsum non ignorare. Nam
ob id in primis videmur ipsum non igno
rare: q̃ esse ipsum assueramus: t tale esse
addimus: vt intellectui seruiat. Quinetiã
si intellectus nosceret seipsum: ac cuncta exter
na obiecta: necesse est: vt instrumentum
quoq; nõnunq̃z nouerit: per quod a se trã
sit in obiecta intelligendo. Preterea quan
do per obiecta tam nota ut actum suum se
vertit: perq; actum in virtutem: atq; sub
stantiam: nonne cogitur in hac ipsa regres
sione etiam in instrumentum sui: si quod
hz incurrere. Cũ illud inter actũ mẽtis: t
virtutẽ sit mediũ. Ubi instrm suum agno
scere cogit. Sed vt mẽs agnoscit instrm
suum: per instrumentuz aliqd necne? Si

per aliquod:quero ꝺ alio:a:qꝫ alio rursus in infinitum. Si per nullu:ergo nō eget instrumento ad cognoscendum:postquaꝫ ipsum sine instrumento cognoscit. Ybi sine quod instrumētum dicitur: obiectum quiddam potius est qꝫ medium. Ac si ab hoc in aliud transeat cognoscendo:nō de medio in obiectum: sed de obiecto priori in posterius currit obiectum. Sed vixerit forte quispiam:instrumentum a mente cognosci non per instrumentuz aliquod:sed per ipsum niet instrumētum. Ego autem queram:vtrum per ipsam essentiā instrumenti:an per ipsius imaginem. Non primum:q: mens semper illud cognosceret: cum semper ad illud similiter comparet. Quod si per imaginem fiat:iam illud:qꝺ instrumentum appellabatur:obiectuz est potius:quod cognoscitur:qꝫ instrumētū: per quod aliquid cognoscat. Atqꝫ imago ipsa cognosci potest:nullo instrumēto intercedente:cum ipsum necessario antecedat:prout inter ipsuz animāqꝫ est media. Jam igit intellectus tā seipsum:qꝫ quod extra ipsum est:absqꝫ aliquo instrumento cognoscit. Proinde eo ipso:qꝺ vere simplicia:verāqꝫ simplicitatē excogitamus:concludunt platonici:id:qꝺ ita in nobis excogitat:neqꝫ ex intellectu: & instrumento constitui:neqꝫ ex aia:corporeqꝫ componi: sed mentem simplicem: solamqꝫ existere. Per se igit mens opatur:& hoc etiā pacto nuncupat Plato per se moueri. Ergo p se viuit:viuitqꝫ semp. Pergamus ad signuz tertium. Vires ille a vehemēti obiecto cōfundūtur:vt nō discernāt debiliora. Ades contra:quando magnifica:& ardua videt: tum in illis:tuz post illa clariuo:& facilius minora:& leuiora discernit. Utpote: q magna sit:magnisqꝫ pascatur:& crescat. Pergamus ad quartum:& reliqua. Vires alie potēti offenduntꝰ obiecto. Ades nullius rei vel imense consideratione offenditur? Quasi certe cuidā humorum cōmensuratioi nō sit obnoxia Tardius quidē maxima reperit:quoniā alienis implicata nō indagat. Expedita inuenit ocius:& inuenta tum clarescit intrifice tanquam parata prorsus ad illa:tum incōparabili voluptate cōpletur:tāquā illis qꝫ proxima. Quis hic non videat infinitā quodāmodo esse vim mentis:que nullo finito superet obiecto. Alie preterea vires:qualitates:imagines qꝫ sibi familiares ignorat. Ades nūt quidnā familiarium nesciat? Que & familiaritatem ipsam definit:& semetipsam videt actū suū intelligendo:ac spēm:p quaꝫ intelligit:& habitum:& virtutē. Secū igit habitat mens. Sui ergo ipsius est domicilium. Res quelibet loco naturali seruat. Ideo seruatur a seipsa mens:manetqꝫ inde semper icolumis. Accedit:qꝺ robustiores:quantum spectat ad opationes naturales semp:sensualesqꝫ sepe alys se melius habent. Quantum vero ad intelligētiam neqꝫ semper:neqꝫ sepe:quasi intelligentia corporis non pt comes. Adde:qꝺ sensuuz nature per senecturem in operatione deficiunt. Ades vero oculus tūc cernit clarius:fugatis nebulis:iuuenilium vitiorū. Diuine enim Plato. Non floresceat inquit virtus animi:nisi virtus corporis deflorescat. Non acuitur mentis acies:nisi corporis acies hebetetur. Tunc diuinarum rerum sapientia viget:humanuz prudentia consumatur:equitas pollet:atqꝫ constantia. Et quod maius est:neqꝫ vis etiaz ipsa proprie sentiendi:que est in anima:senior vel morbo deperditur: quāuis oculo leso actus eius intermittatur. Ex eo qꝺ non satis sincere reprītantur obiecta. Nā & calamo fracto:cessat actus scribendi. Ars vero scribendi in alio remanet integra. Nō arte detrimētū inde nullū suscepit:hinc pz: qꝺ interim in seipso scribit:& calamo restituto: arbitratu scribit suo. Ades fieret si elinguis curaret lingua:& si pes claudo. Ades si ceco: vel lippo oculus curaret. Quasi i corpore dānū fuerit:nō i aia. Sepe.n. purgato oculo mox videmus. Nō aut nō fieret:aut iā etum sanato corpore:fieret sero: si ipsa videndi vis defecisset: que certum restitutionis

autem ad eam propius: que similitudines eius suscipiunt purius. Recedūt ꝺo: que contra. Merito autem inde mensura accipitur pulchritudinis i rebus pulchris: vnde ipsa suscipitur pulchritudo. Nec autem ab idea capitur: non a pura pulchritudinis priuatione. Deniq; quid vltius q̄ pulchritudinis habitum per priuationes velle discernere: cum fieri e cōuerso ꝛ natura q̄ ratio cogat. Quapropter absq; dubio fateamur: humanam mentes pulchra referre ad ipsam pulchritudinis rationes. Quoniam ꝺo quod mensurat prestātius est q̄ quod mensurat: mens humana quātum per relationes ad ideas res omnes tēporales metitur: que sub ipsis continētur ideis: rebus illis est excellētior. Atq; ideo ideis est proxima: ꝙ metitur quecunq; illas sequūtur. Utpote que cadit media inter idearum fontem: ꝛ riuulos inde manātes. Verum licet mensuret ad ideas: non tamen per ideas ipsas mēsurat: tanq̄ per propria quedam: ꝛ proxima media. Non enim sunt vniuersales idee proprium instrumentum huius: aut illius mentis humane: neq; inter mētem singulares: ꝛ res alias singulares vllo mō vniuersales idee cadunt medie. Quia vero non potest animus singularia vniuersalium idearum simulacra aliter metiri q̄ p formulas idearum animo proprias: ꝛ quasi declinantes ad singularia: necesse est mentu idearuz formulas vnherere: per quas ideis simulacra conferat. Que congruunt formulis ꝓbet: reprobet que non congruunt. Sed vnde aduenium he formule menti? nunquid a simulacris? an ab animi fictione? an formatan ab ideis? Non a simulacris. Nam per eas formulas animus mēsurat simulacra. Unde formule simulacra antrecedunt: ꝛ tanto prestantiores sunt: quanto ideis propinquiores. Ac si fierent a simulacris non vere mensurarent illa: sed ab eis potius mēsurarentur. Mensura enim adequatio est. Causa adequat effectuz. Effectus causam nō adequat. Nusquam in corporibus per sectas vnitatis bonitatis pulchritudinis tationes inuenimus. Oportet enim eas suis contrarijs non esse permixtas. In corporibus autez vnitas miscetur partium multitudini: bonitas vitio: pulchritudo deformitati: nusquam rectas figurarum rationes inspeximus in materia corporum: eas tamen ipsi tenemus. Alioquin neq; de ipsis loqui possemus: neq; per ipsas quasi exanien defectuu formarum corporalium redarguere. Nō igitur eas a corporibus accepisse videmur: essent enim illis deteriores. Neq; dicendum est: eas esse nusquam: quia nequit mens intelligere p seipsum: quod nihil est omnino. Nam ꝛ priuationes p habitus cogitat: ꝛ falsas opiniones non ex eo fiunt in nobis: ꝙ ipsuz: quod omnino nihil est: cogitemus: sed ꝙ vel coniungamus res inuicem: vel disiungamus preter ordinez naturalem. Immo ꝺo si existunt alicubi obiecta sensuū: sunt ꝛ rationes obiecta mētis: si modo ꝛ mens sensibus est nobilior: ꝛ qđ omnino nihil est: neq; mouet animi aciem: neq; contrahit: neq; terminat. Non igitur finguntur ab animo. Sane figmenta mētiūtur res veras: non metiuntur. Figmenta animi res ipsas sequuntur cōsuetudine ꝛ q̄ vmbre corpora. Corpora p vmbras nō discernūtur. Quis ergo per fictitiū: extraneūq; simulacrum pulchritudinis: odoris: saporis: caloris horū ipsoruz essentiales definitiones: proprietatesq; latētes inspiciet? Preterea figmētum animi est animo ipso deterius. Formule vero ille ideo prestantiores sunt animo: ꝙ per ipsas animus etiaz iudicat: corrigit q̄ seipsum. Nempe per rationes vnitatis: bonitatis: ꝛ pulchritudinis animus de seipso iudicat sepe q̄ sit ipse: aut partibus multiplex: aut affectibus dissidens. Item quantum vel natura deficiat: vel vitio deprauetur. Rursus quantum vel natus sit ꝺformis: vel turpis euaserit. Nōne per pulchritudinis sigillum pronūtiat esse se corporibus pulchriorem. Et hanc partem sui illa: ꝛ hunc habitum illo pul-

chyorem esse. Immo vero ⁊ angelis sublimiores esse videntur. Quia per sigillū idē angelum mens nostra designat: quando angelum animo pulchyoꝛez esse affirmat: ⁊ alio angelo alium: angelusq; deum. Non tamen metitur deum: sed ipsum tanquam mensuram relinquit immensurabilez. Sicut. n. sapientia nō fit sapiens: ⁊ motus nō mouetur. Ita prima mensura non mensuratur. In eo gitur: q; ille formule angelos metiuntur tanq; regule expresse ab ideis super angelos existentibus certe sublimiores sunt angelis. Et aius in hoc ipso actu: quo metitur angelos: excellentioꝛ est quaz ea ipsa natura angeli: quam apud seipsum metiendo designat. Quamuis ⁊ angelus animam metiatur per regulas quodāmodo rectioꝛes: ⁊ eo ipso actu magis excedit animum quam per actum animi excedat ab animo. Quo autem pacto sigilla hmói quas ⁊ formulas appellamus: si sunt alioꝛ: ⁊ angelis altioꝛa: fingūtur ab animo? Quinimo sunt in animo ante omne cōmentum animi. Animus. n. sua inuenta omnia ad sigilla talia confert. Siquidem veritatis sigillo discernit que vera inuenta sint: que. verioꝛa: que falsa. Item q; per nouos: tpaleſq; actus animi fabricat: mobile ē oino. Quod. n. motu fit: utrumnam fit ⁊ mobile. Sigilla vero talia sunt immobilia. Hereāt enim animo imobiliter. Quoniam quicquid singulis momentis occurrit animo: vel fit ab animo arbitratu nostro: ad illa referimus tanquam firmiter inherentia. Porro si illa quoq; nutarēt: essent ad alia referenda: ⁊ alia rursus ad alia: neq; esset in nobis principium aliquod indicandi. Sigillu; per quod de statu huius rei: aut statu illius: aut etiā de eternitate sententiam ferimus: mobile esse nequit. Siquidem in sigillo ratio illius exprimitur: qđ eo significatur. Ratio vero status ipsius eternitatisq; est a ratione motus alienissima. Quinetiam stabile: ⁊ eternum non aliter quam sub rationibus status eternitatisq; definimus. Rationis huiusmodi omnis sunt mutationis expertes. Siquidem status antecedit motum. Quod vere in natura prius est: est a posterioꝛe solutum. Atqui has rationes: per quas talia definimus: intus habemus. Non enim per aliena mens loquitur. Ac si extra nos essent: egeremus adhuc alys rationibus rōnū: qbus quasi medys ratiōes illas hauriremus: per quas essemus de statu: eternitateq; locuturi. Alie ille rationes ideo immobiles essent: quia essent rationes immobilium rationum. Itaq; quacunq; gradiamur ad immobiles rationes nobis inatas perueniemus. Scite plotinus quando de evo disputat inquit. Hec ne de eternitate loquimur quasi de extraneis rebus testificantes? Ac de alienis agentes? Nequaq;. Non enim intelligimus: nisi tangamus: neq; extranea tangimus. Itaq; opz nos eternitatis esse participes: hec ille talia ergo sigilla sunt immobilia. Immo etiam sigillum motionum est immobile. Quando. n. de rerum motibus iudicamus: illos ad eternam motus ideam: per motionum sigillum nobis insitum comparamus. Si hoc quoq; foret motus: aut mobile: esset per sigillum aliud comparandum. Non enim motus ad eternitatem: nisi per medium cōpetens religatur. Quod neq; motus sit: neq; mobile. Item si foret mobile: nō recte per illud motiōes iudicaremus. Motio namq; tunc iudicatur recte quando refertur ad terminos ⁊ spacia: que permanseriat. Nam ys nō manentibus: neq; fit motus: neq; motus progressio cernit. Ipsum quoq; tēpus: quod est proprietas quedam ⁊ perduratio motionis: non aliter mensuratur quam si per stabilem seruetur memoriam: ⁊ stabili eternitatis momēto circūscriberetur. Si motionis sigillū stabile ē: multomagis stabilia sunt sigilla oīa reliquorum. Ex ijs omnibus duo pariter concluduntur: quod scilicet sigilla talia: ⁊ ab ideis animo inserantur: ⁊ ipsi hereāt immobiliter.

¶ Confirmatio superiorum per signa.

Capitulo .v.

Huius autez rei signa multa compe/
rimus. Primum qđ rustici homi/
nes: qui nunq̃ de ideis aliquid cogitaue/
runt: & adolescentuli: qui nihil de ijs audi
uerunt: cum primũ eox sensibus occurrũt
corpora pulchra: modo ratione vtátur: ea
referũt ad ideas: duobus: vt diximus mo
dis. Uno quando affirmant hoc esse pul
chrũ: quod non faciunt nisi ex eo: quod ta
talis corpis figura quadrat sigillo pulchri
tudinis intus ingẽito. Altero qñ affirmát
hoc isto: & istud illo esse pulchrius: quátũ
aliud alio accedit propius ad sigillũ. Ta
lem sigillum neq̃ per doctrinam: neq̃ per
inuentionem prius acquisiuere: q̃ neq̃ co
gitauerunt de illo quicquam: neq̃ audiue
runt: neq̃ etiam tunc ex singulis pulchris
corporibus ipsum colligunt. Siquidé per
ipsum minime fallax singulorum fallaciaz
defectúq̃ redarguũr. Neq̃ ex natura qua
dam communi que est in singulis. Nam
qđ in rebus iacet fallacibus: ipsum quoq̃
fallax euadit: fallaceq̃ ex se procreat no/
tionem. Preterea: quando de illo diligen/
tius cogitant: inueniũt ipsum vel esse: vel
referre aliquid vnuz supra multa in seipso
consistens. Nam super naturá illá: q̃ vna
quodámodo est in multis: opz̃ esse naturá
talem: que vna sit ante multa: vt cõmunis
sit eque multorum. Tale sigillum: quia
nullo modo clauditur rerum singulariuz
multitudine: ab ea multitudine nullo mo
do colligitur. Neq̃ etiá cogitationis ma
chinatione concipitur. Nam per ipsuz in
uenimus super mobilem: multiplicemq̃
cuiusq̃ animi pulchritudinem: vnaz esse
pulchritudinem in seipsa manentez. Ergo
sigillum vim suam tollit altius super ani/
mos. Machinaméta vero animi nihil ani
mis eminentius fabricant. Si ergo cũ pri
muz vtimur ratione: res plurimas ad hu
iusmodi sigilla referimus: que neq̃ didi/
cimus ante: neq̃ tunc colligimus: aut fin/
gimus presertim cum comparationis si/
gnum precedere semper res illas oporteat
que comparantur: sequitur vt ante omneq̃
rationis vsum ea possideamus. Secundu
signum est quod subito fiunt relationes
vtreq̃: sepe etiam nulla precedente: aut
intentione voluntatis: aut rationis discur
sione. Quod significat non esse animo re/
gulam relationum huiusmodi: nuper: aut
extrinsecus acquirendã: sed iamdiu intrin
secus possideri: qua totiens vti pro arbi/
trio potest: quotiens se ad eam intenderit.
Tertiũ signum est quod omnes in seipsis
experiuntur: quotiens volunt alicuius rei
definitionẽ & causam inuenire: nihil aliud
conãtur: quam vt omnibus sensus & phã
tasie submotis obstaculis: profunde men/
tis intima penetrent. Quibus tunc primũ
clarissime fulget: quod venantur: cum pri
mum in arcãne mentis adyta penetraue/
rint. Quasi intus scientiarum thesauri de
litescant. Quod ita Pythagoras cecinit.
ἀλλά συ ὄφρα εἰδῇς θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν οἷσ ἱερὰ φρὸφέ/
ρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα:
id est. Tu autem confide: quoniam diuinũ
genus est hominibus. Quibus sacra natu
ra proferendo in lucem omnia monstrat.
Ergo mirabimur? Homerum: & didimuz
alioſq̃ per multos: vel natura: vel ab ifan
tia cecos: ita scripsisse: vt per spicue vidisse
omnia videantur. Mirabimur Zoroastrẽ
alioſq̃ sapientie inuẽtores diuturna dum
taxat solitudine: solaq̃ animi totius i mẽ/
tem solam conuersione rerum omniũ scié
tiam peperisse. Quartum signum ab ap/
probatiõe sumitur. Complexio corporis
que abundat sanguine: suos quosdam po/
stulat tum sapores: tum ceteros rex vsus:
que bili alios: alios que pituita. Quando
cuiq̃ complexioni: quod suum est offer/
tur: non aliter oblatam rem natura talis
asciscit: quam ipse ignis escam sulphureã.
Hinc sanguineus commẽdat dulcia. Acu
ta acrima ve colericus: acida melãcolicus
mollia flegmaticus: & insipida. Quod de
sanguineo dicemus: similiter est ad alios
trãsferendũ. Nescit sanguineus q̃ ob cáz

dulcia probet: qz nō cōmēdat cōsilio: ſz naturali complexionis inſtinctu. Sane per naturalem inſtinctū quinqz appetit genera qualitatū. Rubra: t viridia viſu. Auditu leta: dulcia guſtu. Tēp: rata tactu: atqz olfactu. Si has quinqz qualitates per complexionem affectas t pbat: neceſſe eſt in ipſa complexionis conflatione quinqz ineſſe ſomites harum quinqz probationum. Sicut. n. illarum quinqz qualitatum alia inter ſe eſt: t alia rō: ita a tali cōplexione ſub alia: t alia ratione pbantur. Igitur in vno quoqz homine quinqz ſunt ſomites naturales ad quinqz qualitates congruas qnqz ſenſibus comprobandas. Et qz in alijs hominibus alie ſunt complexiones humoz ideo rez concupiſcentie corporaliū inter homines ſunt diuerſe. Quoniaz vero vna humana ſpecies eſt in oibus: cuz ſit in mentis ſpecies vna. Idcirco cōmunis eſt eoz: que ad mentē pertinent approbatio. Omnis mens figuram laudat rotundam in rebus ſtatim conſideratas: t cur laudet ignorat. In edificijs quoqz ſimiliter talem vel quadraturā edium: vel parietum equalitatem: lapidum ve diſpoſitionem: angulorum oppoſitionem: feneſtrarum figuraz atqz occurſum. Laudat inſuper eodez pacto certam quandā ſiue membrorū humanorū ꝓportionem: ſiue numerorū: vocūqz concordiaz. Commendat morales geſtus t habitus quam decoros. Commendat ſapientie lucem: t veritatis intuitum. Siquelibet mens hec omnia ſemper: t vbiqz aſciſcit illico: t quā ob cauſaz aſciſcat: ignorat: neqz poteſt nō abſciſcere: inſtinctu aſciſcit neceſſario proꝛſus: t naturali. At quia eoruz: que hic affectantur: diuerſa inter ſe ratio eſt: oportet vt a mente ex diuerſis naturę ſue rōnibus: tum quaſi ſomitibus appetantur: tuz quaſi formulis: t regulis approbentur: ita vt ex eiſdem regulis illoruz cōtraria reprobentur. Siquidē contraria illoꝝ cum primum nobis obijciunt: offendunt natura ſua: et ſi cā neſciamus. Sunt ergo rationes illorum ſimiliumqz ingenite mēti. Quintū ſignuz a definitione artis accipiē. Omnis ars: qz certa rōne ad certū finē ordinat opus: rōnalis facultas eſt. Facultas rōnalis ſi omni nature irrōnali eſt ingenita: multomagis ingenita eſt omni rōnali. Elementa q̄z artificioſe ſitū repetunt ſuū? Quanta geometrie arte rectā lineam in aſcenſu ſeruant: atqz deſcenſu? Quanta architecture induſtria pluuia ſe in obſcuros guttulas cohibet? Quanta acer ſagacitate rerum nature ſuccurrit: ne quid in ea vacuum reliquatur? Complexio quoqz plantarum: t animaliuz q̄z mirabili medicine artis ſolertia vtiē in cōſeruādo habitu naturali? aut recuperando? Ipſe quoqz brutoꝝ aie ſingulis in ſpēbus ſingulas artes exercent. Lanea telam inſecta ſericia: lineam aranee: hirundines figulinā: muſicā olores: apes architecturā: ciuilem ciconie: bellicam vero leones: vulpes denicqz venatoriam. Quis nō dixerit modo iſta conſideret: ſolā naturā rōnalem inertem fuiſſe atqz ex inertia irrōnalem ab initio conſtitutam? Immo vero ſi debet rōnalis ſedes multo prius t magis artē capere rōnalem q̄z ſedes irrōnalis: ōpz oēs rōnali hoium ſpeciei artes innaſci: poſtq̄z ſingule innate ſunt ſingulis irrōnaliū ſpēbus. Omnes. n. ferme in genere brutorū vniuerſo congregant. Sed alie ſpēs artiū p alias alialiū ſpēs diſpergūtur. Oēs ergo in vnica rōnali hoium ſpē colligunt: ſz per ſingulos diuidant. Oēs iterū in vno ſpēi angelice ſingulari: ſi quo tñ diuidunt q̄z formas. Qñ multiformis eſt angelus. Lucte denicqz in vno ſingulari do: atqz vna: dūtaxat dei forma. Quapp artes diuidunt inuicē in brutorū genere ſm habitum: atqz actū. Quoniā nulla brutorū ſpecies aut artes omnes exercet actu: aut omnes infuſas habet: ſed quelibet eorum ſpecies vnica vtitur arte: t poſſidet vnicam. Artes igitur diuidant oportet in hominum ſpecie ſecundū actū quia alij alias meditentur: non tamen ſecunduz habitum: quia ſinguli cūctas poſſideant. Siquidez in angelo quolibet vnū

tur:cuncte habitu:atq; actu. Quelibet.n. illorum quaslibet meditatur:sed diuidun
E tur executione:quoniam alij aliter guber/nant munduz. Cuncte in deo modis om nibus vniuntur. Quia ꝛ habet:ꝛ videt:ꝛ exequitur vniuersas. Nã in omnibus ope rantibus: vt inquit theologus Paulus: omnia operatur. Sextum signum ab assecutione artium ducitur. Quas non illi solum:qui preceptore carent:per se assecuntur:sed illi etiam:qui magistros:vel libros vel homines habuisse traduntur. Nam ꝛ
a qui legendo discunt non a litteris corporalibus:vitaq; carentibus spiritalé viuáq; scientiá hauriunt:sed ipsi per litteras provocati pariunt in seipsis:ꝛ qui discunt audiendo:non prius discunt: q̃z ipsi audita apud se recolant:examinent: approbent.
F Non fit autem examinatio:approbatioq; verorum:nisi intus prefulxerit regula veritatis:ꝛ qui docere dicunt:neq; scientiaz eandem:quam ipsi habent:omnino transfundant in alium. Nam docendo alios ipsi euaderent ignorantes. Et scientie qualitas de alias mente in aliam quasi de subiecto in subiectum transiret:quod non convenit qualitatibus. Neq; aliam quandam specie similem scientiam in discipulo ipsi per propriam generant. Talis enim generatio ad qualitates ptinet corporales. Nõ
G ad humanam scientiam:cuius actio claditur intus:ꝛ operantem perficit potius q̃z externa. Ceterum quonam pacto magister discipulum edocet? Duo sunt artiuz genera. Alie sunt:quarum materia:circa quá versantur:nullum habet in se principium operis effectiuum:sicut lutum: aut saxum: ita sub esse videntur figulo:ꝛ sculptori:vt manum dumtaxat expectent artificis:ipsa vero suapte natura nihil momẽti habeát ad opus efficiendum. Alie vero artes sunt quarum materia per formam quandã motum agit ad opus: quod quidem naturale est potius:quam artificiale dicenduz. Sic terra subest agricole. Sic medico corpus humanum. Quippe fecunditas soli
ad segetes producendas agricole. Et corporis humani complexio ad sanitatem recuperandam medico confert quampluri/mum. Usq; adeo vt sepe ager absq; cultura producat segetes ꝛ complexio corporis nostri sine medentis opera pellat morbos. Quod significat ꝛ agro in esse semina segetum per naturam:ꝛ complexioni semina sanitatis. Ergo in primo artium genere artifex ille dominus materie vocatur: atq; magister. In secundo vero excitator naturę:atq; minister. Artem docendi ad secun
b dum id genus spectare hoc nobis testimonio esse potest:quod animus qui tanquaz materia videtur subesse docenti:nonnunquam antequam audiat: presagit audienda:ꝛ postquam audiuit:audita reddit vberiora:ꝛ meliora. Et sepe licet non audiat: ex se parit. Quippe qui semina scientiaruz non minus quam ager segetum possidet. Unde qui docet minister est potius quam magister. Quapropter Socrates apud platonem in libro de scientia Theetheto inqt se filium obstetricis esse:ꝛ obstetrici persimilez. Utpote qui in erudiendis hominibus nõ inducat scientiá:sed educat. Sicut obstetrices conceptos iaz fetus educunt. Ideo qñ doctor aliqs contendit ex pluribus argumẽtis audienti aliod demonstrare:qui audit nõ paulatim formaꝫ:vt lutuz a figulo:aut saxũ aliqd a sculptore:sed post multa indicia veritatẽ subito intuetur: ẽt absente magistro:quando sufficienter fuerit provocatus. Sicut ager cultus a rustico post diuturnos illius labores suo ipse tempore edit fetus: agricola nihil agente. Quis oculos videre docuit? Aures quis audire? Oculis non prestat visum medicus:sed vel super infusas caligines discutit:vel dirigit in obiectum: ita mentis preceptor scientiam non infundit:sed purgat aciez:aut dirigit. Nemo canibus sagacitatem p:estat venatoriam. Nemo equis currendi virtutem. Nemo robur bellicũ elephantibus. Sepe tamẽ homines eas ipsas virtutes latentes:ꝛ dormitentes in mem

E bris vsu expergisci cõpellunt. Idẽ facit in mente preceptor: vt Plato in septimo libro de repub. docet. Mens enim virtutez suã: que est veritatis intuitus: non minus habet firmam: ⁊ naturalẽ: q̃ sensus: ⁊ animalia suam. Eã sciscitando prouocat Socrates docẽdi ouz. Ipsa recte interrogata vera respõdet. Respõdere non põt vera: nisi cognouerit. Qñ ꝯo res ipse iuicẽ cõnexe sunt: filtrq̃ rõnes rerũ ꝓiũcte sunt in unicez. Unde facile de vna trãsitur in multas: sepe fit: vt ex vno quodam vestigio a preceptore mõstrato sagax animus ꝓpriis naribus venetur lógo ordine plurima. Adde: ꝙ nõ imbecilliorem habet mens videndi veritatis aspectũ q̃ pedes progrediendi potentiam. Socrates infantẽ porrecta ducit manu: quo gradiat. Adolescentem: quo discat: interrogat. Infanti non prestat eũdi virtutẽ: sed ⁊ prouocat: ⁊ tutius pducit ad terminũ. Adolescẽti nõ largitur intelligẽtiam: sed efficit ad effectuz sui opis põptiorem. Ipse aũt Socrates scientiam suã: si qñ adeptus dicitur: tãquam nouaz: aut ꝙ inuẽtionẽ: aut per disciplinã est adeptus. Si ipse per se res inuenit: nunq̃ rebus inuẽtis fuisset vsus: nisi vtẽdi modũ antea cognouisset: vtendi modum nõ tenet: qui rei ipsius non tenet naturam. Si ab alio audiuit: non prius ex auditu concepit scientiaz q̃ sciret: nũquid docentis rationes veritati congruerent. Nõ intelligit hoc: nisi qui ipsam inspicit veritatem. Igitur anteq̃ iueniat quicq̃: aut audiat:
B veritatis est compos. Et qui docuit Socratem Archelaus: vel per se inuenit: vel accepit ab Anaxagora. Quicquid fuerit: sciuit ⁊ ante. Atqui licet ⁊ Anaxagoras ab anaxiamene: ⁊ ille ab anaximãdro: ⁊ anaximander acceperit a Thalete: Thales de nicq̃ vel alius quiuis sacerdos egyptius: aut saltez perfidus magus caruit precepto re. Qui hominis caret doctrina: discit docente natura. Immo vero scit: iam diu docente Deo. Quapropter Socrates apud Platonem in libro de sapientia ingt thea

gi. Nemo vnquam didicit a me quicquã: q̃uis mea consuetudine multi euaserint doctiores ⁊ me exhortante: ⁊ bono demone inspirante. Tu quoq̃ breui multũ proficies: si deus fauerit. Deterea narrat Socrates ibidez: quẽadmodum nõnulli ouz eius cõsuetudine vterentur: illiq̃ propiũ quarent: ipso etiã tacente: acutiores euaderent. Recedẽtes ꝓo ebetiores subito rederentur. Quaã ad diuinum quendaz influxum a deo per genium: mentemq̃ Socratis in familiarium animos penetrãtez vis illa ingenij pertineret. Et Orpheus C
musas esse dicit Iouis ⁊ memorie filias. Quia videlicet scientie in profunda memoria lateant: nobis olim a deo tribute. Quin ẽt hec de memoria tradidit. πάντα γὰρ κοον σύνεχουσά βροτοις ψυχὰς σύνοικον ὑπόμνησχου πάσεπάντα ὅσα ἔστερὸις γ ἡμὴν κατὰ γαῖαν ἔπε γειρουσάφρενά πάσιν. i. totam memẽtem continet humanorum animorum familiaris. Cõmentorze omnia quorum notionez quisq̃ semper animi finibus occulit: mẽtem suscitas omnibus. Concludemus iam ꝑsentem disputationem: si prius nos ipsos ãmonuerimus: vt qñ audimus artes nobis inesse natura: nõ itelligamus vel a natura celesti: corporaliq̃ impressas: D
vel a mera anime essentia fluere. Sigdez a tali natura impressas habent bestie. Ab essentia aũt mera manãtes solus possidet deus. Sed intelligamus nostris mẽtibus statim ex deo natis insulas fuisse spẽs rerz ⁊ regulas artiũ: vt in timeo tradit Plato nõ aliter q̃ angelicis mẽtibus infundantur. Est aũt dria triplex iter nos ⁊ bestias E
quo ad artes ptinet. Prima: ꝙ a deo sine medio nos eas accipimus. Alle natura celesti interceděte. Secda: ꝙ quisq̃ nostrum accipit cũctas. Bestiarz spẽs singule singulas. Tertia: ꝙ bestie necessario quodã impulsu nature ad sue artis vsum certo tempore cõpellũtur. Nos aũt libero rõnis iudicio tum artis vnius: tuz plurimarz vsuz

eligimus. Conuenimus aũt ꝯtum ad ſpecies reꝝ: ⁊ regulas artium attinet cũ angelis atq; deo: cum in alijs nõnullis: cum in hoc vel maxime: q nobis inſunt per abſolutũ: pſpicuũq; moduꝫ ferme: ſicut ⁊ illis. Itaq; diuine idee abſolutas atq; diſtictas ipſarũ imagines nobis tanq̃ ſpeculis impreſſere. Nature aũt corpali vmbras quaſdam confuſiores. Quẽadmodum nos ad lumen imaginẽ quidez noſtri corꝑis clara in ſpeculo pingimus: vmbram vero reddimus parieti. Vbi aũt idea per modũ lucet abſolutum: perſpicuũq; non modo lucet clara: ſed fere tota. Omnes. n. idee ꝓprietates: quas in diſputatiõe huius ꝓncipio ex Platonicis mẽte narrauimus in eo conſiſtunt potiſſimum: q vniuerſalis ſit: atq; ſoluta. Quod autẽ nõ vmbre idearum: ſed imagines perſpicue nobis inſint ex eo patet potiſſimum: q vmbras illaruꝫ ab imaginibus earundez recta rõne diſtinguimus q ve formule illaruꝫ nobis inſite ipſas nobis perſpicue repꝛeſentant: noſq; ad eas conuertũt: ⁊ vmbre ideaꝝ in corꝑoribus haud prius eas nobis referunt: quã per noſtre mentis formulas purgent atq; reformẽt. Deniq; ſi per diſtinctas imagines: atq; per modum integrũ ſplendẽt in noſtris mentibus: atq; ſolutum: ꝓ modũ quoq; fulgent penitus imortalem. Quod ſi imortalis rei naturale ſubiectum eſt immortale. Subiecto namq; ſoluto: q̃quid ſubiecto herebat: diſperdit. Proculdubio mens hominis eſt imortalis: que naturaliter: firmiterq; imortaliũ ideaꝝ ſpecies per modum ſuſcipit immortalem.

¶ Ratio ſecunda. Mens eſt ſubiectũ veritatis eterne. Caſ. vj.

AUrelius Auguſtinus diuino vir ingenio: quo latinoꝝ nullus platonicã maieſtatẽ: tum ſapientia: tum eloquentia expreſſit exactius iactis a platone ſuperioribus fundamentis argumentationes huiuſmodi conſtruit. Aliud eſt verum: aliud veritas: quẽadmodum aliud caſtus: aliud caſtitas: ꝓſtantiuſq; eſt vero veritas: ſiquidem omne verum veritate eſt verus. Cũ vero aliquid: quod verum dicitur: interit non tamen interit veritas. Sicut ſiquis caſtus intereat: caſtitas tamen nõ interit. Si manebit ſemper hic mundus: verum eſt ſemper eſſe manſurum: quod ſi nõ manebit: verũ eſt nõ ſemp eẽ manſurũ. Quid cum interierit: ſi interiturus eſt: nõne tũc id verum erit: mundum interiiſſe? Nam q̃diu? verum non eſt occidiſſe mundum non occidit. Repugnat igitur: vt mũdus occiderit: ⁊ verum non ſit: mundum occidiſſe. Non poteſt autẽ aliquid eſſe verum vbi veritas non ſit. Erit igitur veritas: ẽt ſi mũdus intereat. Quid ſi ipſa veritas occidat? nõne verum erit veritatem occidiſſe? Verum autem nõ puto eſſe: ſi veritas non ſit. Nullo modo igit occidet veritas. Hec Auguſtinus. Sed vbi nam eſt veritas non in corꝑoribus: mutaretur. n. corꝑoribus permutatis. Cum tamen eterna ſit veritas: hinc ſequitur paradoxõ illud platonicum: coꝑa non vere eſſe: q; ſilicet in illis non maneat veritas. Ergo qñ aurũ dicimus: ſi non vere eſt auruꝫ: falſuꝫ aurum eſt. Si hoc neq; aurum q̃dem eſt. Atq; ita de ceteris rerum corꝑoraliuꝫ ſpeciebus. Preterea affectio corꝑoris duo tẽporis puncta non permanet penitus eadẽ vt oſtendimus alias: ⁊ in preſentia in hũc modum oſtendimus. Sicut ſtabilis: ⁊ ſimplex eternitas rerũ ſtabilium: ſimpliciũq; menſura eſt: ita fluens: ⁊ varium tempus mobilium: ⁊ multiplicium eſt menſura. Temporis puncta nunq̃ ꝑmanent eadez ſed ſibi inuicem ſurrepũt ſemper alijs alia ſucẽdentia. Corꝑus mũdi mobile tanq̃ menſurã ſibi ꝓpriã tẽpoꝝ. Si ita eſt quadrat vtiq; celi diſpoſitio: ⁊ mutatio tpis fluxu. Itaq; nõ põt i duobus tpis momẽtis eſſe celi diſpoſitio penitus eadẽ. Nam ſi eadẽ ꝓ duo momenta maneret: in ea ipa mozula tẽpoꝝ q̃dem de alio momento fluxiſſet in aliud. Celũ vero quieuiſſet in vno. Fluxus ꝛo quieti minime ꝛgruit. Quod non congruit: nõ metitur. Quomodo. n.

motus mensurat quieté ? aut res fluens p
duo ré stante in vno? Quapropter lea mo
A rula tpe celum nó mensurasset. Vertitur
aũt re vera tépus semper celum non aliter
eternitas ea: q̃ sunt supra celũ. Ergo sicut
illa in eternitate continue sine vlla muta/
tione manét: ita celũ sub tpe ptinue absq;
vlla quiete transcurrit. Si celoz configu/
ratio nullo modo pmanet: multo minus
corpuscula: que sub celo sunt: ꝛ celi rapaci
tate rapiantur. Necesse est. n. hec per influ
xum: ꝛ effluxum condensationem: rarefa/
ctionéq;: intensionem: remissionéve qua/
litatum: consonantiá: ꝛ dissonantiá cõple
xionis: ceteroſq; motus continue variari.
Quod quidé abunde Plutarchus ꝛ pro
culus demonstrauerũt. Et ante illos He/
raclitus inquit. Quéadmodum non pos/
sumus eandem torrentis aquam bis intra
re: aut eandem rote currentis particulam
bis similiter tangere: ita similem omnino
dispositionem: complexionemq; corporis
per duo puncta perseuerantem assequi nõ
valemus. Si nullius corpis affectio duo
momenta prorsus eadem: ꝛ similis perse/
uerat: in eodem momẽto incipit qualitas
talis: ꝛ desinit. Quod in natura incipit: nõ
dum absolutum existendi vel operandi ac
tum possidet: quod desinit talem iam actũ
non retinet. Igitur in eo puncto: in quo
esse qualitas illa dicitur: dici etiam potest
non esse: cum nonduz a non esse omnino
B discesserit: ꝛ iam in non esse labatur: Et q̃
celeritas temporis lingue celeritatez supe/
rat: dum esse illam pronunciasꝫ te pronun
ciante subter fugit prius quam hoc ipsum
verbum est: ore proferis. Et vt timeus
inquit: fallit pronunciantem: nec vnquam
vere quicquam de hac pronunciatur: aut
percipitur. Nec esse magis q̃ non esse di/
ci potest: cum ꝛ fit ꝛ non fit pariter: dum
profertur. Quoniam vero: que continue
permutantur: quatenus mutant: eatenus
fiunt: que vero fiunt: duz fiunt: re vera nõ
sunt: ideo quecunq; ita mutantur: ꝛ fiunt
non tam dicuntur esse quam esse videri.

Quid vero dicemus de tẽpore? quod sem
per falso dicitur esse: cum esse eius (vt ita C
loquar) sit non esse. Sane de quolibet pre
senti momento vere dicitur: hoc nõ est tẽ/
pus: sed temporis terminus. De preterito
autem: aut futuro dumtaxat affirmatur eẽ
tempus. Siquidem continuam successio/
nem quandam tempore significari puta/
mus. Preteritum vero futurumq; nõ est.
Igitur esse temporis quod imodo in non
esse locamus. Momentum vero: quod est
terminus temporis: dum esse pronuncia- D
mus: vertitur in nõ esse: atq; pronuncian/
tes mentiri compellit. Quod autem de tẽ
pore demõstramus: de tẽporalibus quoq;
est iudicandum: esse scilicet in non esse: vt
ita loquar: habere. Quis consonat pytha/
gozicum illud. Qui homo dicitur: magis
non homo est quaz homo: q̃ si innumera E
biles eius partes consideraueris: innume/
re poteris iudicare: hec pars non est homo
ꝛ illa similiter. Semel dũtaxat de toto di/
ces: hoc est homo. Unde ꝛ de elementis.
Timeus differens duas esse elementi par/
tes existimat: materiam atq; formam: pro F
pter materiam non dici ignem: aut aquã:
sed propter formam. Ergo secundum par
tem. Hoc igitur solum sm partez ignis di
cit: ꝛ illud aqua. Ac re vera non ignis hoc
est: sed igneuz. Illud non aqua: sed aqueũ.
Adde quod illud est veruz tale: quod me
rum tale est: puta merum vinuz quod me
ruz est vinũ. Natura vero cuiusq; spẽi q̃
in materia est primo qdem admixtam hz
potentiá ad non esse: vt in libro quinto p
bauimus. Deinde multa patit additamen
ta: ac sepe ptraria. Siquidé in aere sepe ali
quid igneum est: semper situs aliquis pre/
ter aeris rationem. In homine hoc vel il/
lo sepe complexio aliqua contra naturam
eius. Semper habitus aliquis: vel affe/
tus figura: vel situs: vltra humane speciei
necessitatem. Similiter se habent ꝛ re/
lique rerum naturalium species. Quonia
vero super omnia: que p partez: ꝛ impure
talia sunt: esse oportet ea: que secundum se

tota: ⁊ pure sunt talia. Putat Timeus super inquinatas: ⁊ mancas materie formas esse alias meras: integras: separatas. Atq; eius rationis viribus cõfidit maxime: que sic argumentatur. Forme que sunt in alio scilicet in materia. sunt ⁊ ab alio. Non tñ ab informi natura materie: ⁊ formam esse oportet a forma: ⁊ a forma tandez p se subsistẽte: atq; vna formabilis materia ad vnũ tandem reducitur formatorẽ. Nam ⁊ si gemultos induxerit formatores: nunq; multi: quatenus diuersi sunt: mutuum inter se habebunt ordinem: atq; ad vnuz opus: simẽq; conducent: sed quatenus ab vno omnium formatore ducuntur. Igitur necesse est formas dari materie a mente quadã plena formarum. Vbi forme sint ipsa mentis essentia. Atq; ideo vere sint species. At quamens illa est esse primuz: materia vero est proxima nihilo: ⁊ illa purus actus: hec pura potentia: sequitur: vt materia innumerabiliter pene sit mente deterior. Quicquid autem ab aliquo capitur: in suscipiẽtis trã sit naturam. Quare forme immerse materie vsq; adeo sunt speciebus mentis deteriores: vt vmbre quedã sint illaruz potius quam imagines: ⁊ illarum denominationem: ⁊ hanc quidem falsam retineant potius quam naturaz. Sicut artificia: sunt simulacra naturalium: ita naturalia sunt simulacra diuinorum. Propius autem accedunt artificia ad naturalium veritatem quia cum illis conueniunt in materia q̃ naturalia ad veritatem diuinorum. Si ergo pictus equus vsque adeo a naturali equo deficit: vt non sit verus equus: multo magis naturalis equus adeo a diuino equo ideſt ab idea: veraq; equi ratione deficit: vt dici debeat vmbram equi ipsius potiusquam formam representare. Ac si vera hominis: ⁊ equi ratio: naturaq; idea ipsa est hominis: aut equi: ⁊ hanc non seruat materia longissime inde distans: concluditur illud Socratis in phedone: ⁊ in republica: videlicet veros homines: verosque equos in materia non reperiri: que idearum vmbris ita ignoratum fallit animulas: vt somniantium instar: dum rerum verarum simulacra vident: putent se res ipsas inspicere. Huic consonat illud Proculi nostri paradoxõ. Composita ex elementis: neque sempiternitatem habent: neque statum. Pure mentes vtrunq; possident: suaq; simul omnia comprehendunt: horum media sunt: que suam in motu quodam sempiternitatem habent. Anime quidẽ mentibus proxime motum in operationem dumtaxat admittunt. Anime vero sequẽtes quodammodo insuper in virtute.

Vniuersa denig corpori mundi machinq tanquam per essentiaz operatione: virtuteq; animarum inferiori: essentiam quoq; ita mutabilẽ nacta est: vt tota vndiq; sit tẽporalis. Atq; sicut res omnino eterna in vno semper tota manet: ita mundi huius machina penitus temporalis in quolibet temporis infiniti momento tota a mũdo diuino effluat semper: statimq; diffluat simul: ⁊ refluat: non aliter quam quidam putent: a sole lumen per momenta semper effundi simul totum: ac diffundi repente vanescens: atq; refundi. Profecto quod indiuidua eternitas ipsa metitur: indiuiduum esse necesse est. Quod ergo diuisibilem habet essentiam tum ex partibus: tum ex naturis pluribus constituram: qualis est mundi machina: cum indiuidua eternitate non congruit. Sed cum tempore potius diuisibili: quo mensuratur: quo cũ perpetuo labit. Preterea diuisibilem motu virtutem: actionẽq; fortitur: quapropter mundi moles momentis singulis tota simul ex nõ esse incipit eẽ atq; definit: iterũq; renascit: quẽadmodũ in motu: ⁊ tpe: gbus oino subiecta est: momenta pfluũt tota singulatim simul: ⁊ refluũt. Quod qdem ita insup cõfirmatur. Quod perpetuo celestium motui virtute opus est infinita. Quã cũ terminatũ mundi corpus neq; ex se hre: neq; totã simul ab alio possit accipere: oportet ab opifice

suo:atq; motore paulatim momentis singulis haurire. Haurire inquaz momentaneam:z subito vanescentē. Siquidē z tēporalis essentia omnino tēporaliter accipit:z terminata natura capax eternitatis: cuius infinita:totaq; simul potētia est:essē non potest. Sane z natura mundi infinitatem simul nō potest accipere. Et eternalis infinitas cū individua:totaq; simul
A constet:a nullo pōt accipi paulatim. Hic Proculus ita distinguit. Essentias imobiles esse quidem a deo quodāmodo semel: sed a seipsis suamet virtute seruari. Nam cum fine motu,tote simul inde sint:iō stabiles per se deinde perseuerare posse quodāmodo:suaq; virtute iaz a quibusdā potentijs suis i suos actus posse procedere. Quam ob rem tales essentias per se subsistentes nominat:seq; quodāmodo producentes affirmat. Machinā Fo corporeā:z post anime motū:tempusq;:z vna cū motu:temporeq; corporeo profluentez:nihil habere stabile:nullamq; habere virtutem suimet seruatricē. Itaq; non substantialē: aut veram:sed vmbratilem omnino: falsamq; quasi manicheorū more cognominat:perpetuo dilabētez:perpetuoq; influxu desuper instaurāte prorsus egentē:quasi corporis vmbras in aqua velocissime profluente.
B Hinc illud Timei mundū intelligibilem semper qdem esse:nunq; Fo fieri dicimus:sensibilē Fo fieri certe semper: esse nunq;. Hic Proculus addit mundū illum numero eundē semper existere:hūc Fo non proprie vnum:eūdemq; numero esse vnq;:sed potius vnum:eundēq; numero continue recreari. Et quantum corpus est:fieri semper:atq; incipere: quātuz Fo a mente diuina dependet:factum esse semper:finemq; subito consequi. Sed huius paradoxon finē iam habeat. Quoniā igitur tota sensibilis machina vanitas q̄dam est:vanitatiq; quotidie sensibus cā: ideo exclamauit Salomō. Vanitas vanitatum:z oia vanitas. Nō est igitur in re-
C bus sensibilibus veritas. Sed nunquid in anima? Forsitan est in aia. Non tā vt opinatus est Protagoras:atq; Epicurus in ea parte anime:que sensus ē:q; extra se respicit:z cum passione quadā sentire compellitur:frequētibusq; nugis deludit sensibilium. Propterea Xenophanes: Parmenides:Zeno:Melissus:Stilpo dixerunt: nihil veri sensibus cōprehendi. Idem ferme Anaragore empedocliq; placuit: z platoni. Nam etiam si qs dixerit:esse aliqua sensibilia eodē modo semper manentia:z questionē nobis de sole:atq; stellis afferat: in quibus facile conuinci nō possit:quod cita mutabilitate nos fallāt:illud certe nemo est:qui nō cogatur fateri:nihil esse sensibile:quod non habeat simile falsum:ita
D vt internosci non possit. Ilā vt alia prētermittam (vt Augustinus inquit) omnia:q̄ per corpus sentimus:et cum ea nō assunt sensibus:imagines tā eorum patimur tanquam prorsus assint vel in somno: vel in furore. Quod cū patimur omnino:vtruz ea ipsis sensibus sentiamus: an imagines sensibilium sint:discernere non valemus. Si igitur sunt imagines sensibilium false: que discerni ipsis sensibus nequeunt:z nihil percipi pōt:nisi quod a falso discernitur:nō est cōstitutum iudicū veritatis in
E sensibus. Atq fieri forte pōt:vt sensus aliqua vere percipiat:vt Aristoteli placuit. Nunq; tamen discernit vere ne:an cōtra percipiat:z cū veritas rerum naturalium in eo cōsistat:vt diuine mentis congruāt rōnibus:quēadmodum veritas artificiorum:vt cōgruant artificiose mētis ideis: sensus congruitatem eiusmodi non agnoscit:iōq; nō habet veritatis examē. Rursus cum cognoscētis potentie veritas,tūc oriatur:quando potentia rebus congruit cognoscēdis:perficiatur aūt:quādo rerum adequatur ideis sensus:qui neq; illā congruentiam:neq; adequationez aiaduertit: caret iudicio veritatis. Adde:q̄ sensus nō comprehēdit intimā:meramq; rei substātiam:aut quo ordine in natura res quelibet disponat:quod totū ad rei ipsius pertinet

veritatem. Sz subito impulsu allicit qualitatum ad prosequēdū: vel fugiendum: in quo corporis sui cōmoditati indulget potius q̄z veritati rerum cōprehēdende. Ergo nō est in sensu veritatis iudicium constitutum. Cōstiturum est autē in ratione. Naz priuationes rerū per habitus cognoscuntur. Per lumen tenebre. Per voces ꝓ silentium. Priuatio veritatis est falsum. Nō nostra sensibilia: z sensus redarguit falsi: quod facere non pōt: nisi presentis veritatis examine. Rursus rō veritatē ipsaz ita describit: veritas est nature cuiusq̄ pura integritas: z integra puritas. Nō definitur aūt veritas: nisi sub naturali veritatis: z propria rōne. In ipsa rōne veritatis est veritas. Est igit veritas in aio veritatem diffiniēte: sicut in aio falsum redarguente. Quinetiā est in aio rem quālibet describente. Spēi siquidē definitio ipsam rei essentiā cōplectitur: tuz integrā: tū ab extraneis ꝓtingētibus segregatā. Si ergo in ipsis spēbus est veritas rerū: spēs autez definitione cōprehenditur: z definitio; mēte: quis non videat esse in mēte hois veritatem? Que si est imortalis: satis declarat mentē: cui inheret inseparabiliter: incorruptibilē esse. Nā qualitas: que alicui subiecto sheret inseparabilis: subiecto sublato: disperdit. Inherere autē veritatem nobis inseparabiliter illud testimonio esse pōt: q̄ vel assidue: vel saltem arbitratu nostro subito: z sola mētis in seipsaz collectione: tū falsa multa damnamus: tum cōes naturas aliquas definimus: siue naturaliuz rerum: siue moralium: siue artificiorū. Quinetiā ex eo idem cōcluditur: q̄ in superioribus ostēdimus: idearū: perspicuas rationes mēti stabiles inherere. In ipsis ꝓ rerum omnium veritates cōprehēduntur. Preceteris autē declarat hoc sūmopere ipsa rōnalis: que nō minus homini naturalis est: q̄ auibus sit volatus: canibus vel latratus. Per hāc Socrates hō est: p hāc hō ab alijs animalium diffiniuit spēbus. Rōnalem vim vocamus in plenitia ipsam ratiocinādi virtutē: que cōsequētia cernit. i. qd ex quoq̄ sequat animaduertit gradatim: z a precedētibus ordine percurrit ad consequētia. Hec est naturalis quedā dialectica. i. ars differendi ab origine hominibus insita. Per hāc pueri z imperitissimi quiq̄ partes suas quibuscūq̄ possunt conjecturis: assertionibusq̄ tutantur. Atq̄ omnis hominis sermo: totaq̄ vite actio: z cōsultatio nihil est aliud q̄z argumentatio q̄dam. Ac nemo est taz insanus: q̄n ex alijs alia inferat argumentando. Et ita ferme ab imaginibus ad imagines argumentef: sicut fama mens ad res ipsas peruenit ex rebus. Que ergo rationalis nunq̄z ab homine separatur. Quod si ab hac non separetur veritas: ab anima nunq̄z veritas separabitur. In hac differendi virtute due insunt necessitates: altera fm subiectū eius: altera secūdum eius vsum. Prima quidē necessitas est: q̄ ipsa differēdi facultas toti hominū spēi sic insita est: vt nequeat separari. Secunda vero necessitas: q̄ in eius vsu conspicitur: duplex est: absoluta: z relatiua. Absoluta quidez necessitas in tribus apparet. Scilicet in disciplinē principijs: definitionibus: proprietatibus. Principia sunt huiusmodi. Quicquid est: aut per se est: aut p aliud: contraria sua se natura repellunt. Omne totū est maius sua parte. Suū cuiq̄ tribuendum. Hec: z talia plurima necessario ita se hnt: vt necessario cognoscantur. Quia neq̄ possunt vnq̄z aliter se habere: neq̄ ab aliquo q̄uis imperitissimo ignorari. Est quoq̄ necessitas in definitionibus: vt quando sic circulus definitur. Circulus est figura: a cuius cētro ad circūferentiam oēs linee in rectum ducte sunt equales. Quāuis. n. vel talis verborum cōiunctio in ore: vel figuratio talis in puluere fit cōtingens. Veritas tamen illa est necessaria: z sempiterna: q̄ illi ipsa circuli est natura. Similis in proprietatibus necessitas est. Idest q̄ circulus est capacissimus omnium figurarum q̄z. Atq̄ vt cetera omittam: nōne in numeris a ne-

cessaria veritate in necessariam veritatem
abiqꝫ fine transcurrimus? Bis duo qua-
tuor. Ter tria nouē. Bis quatuor octo: ꝛ
que sequunt. Idem facimus in cōpositio-
nibus: cōparationibusqꝫ figurarū. Quod
si definitiōes: ꝓprietatesqꝫ i principijs ꝓfu
unt qꝫ effluūt ex principijs: principia vo ne
cessario insunt semper virtuti rōnali: vn-
de assidue aliqua de re rōcinetur: fit: vt be
tres necessarie veritates: que oēs absolute
vocantur: in naturali hominum dialecti-
ca comprehēdantur. Restat necessitas re-
latiua: que ēt tres hȝ partes. Alia quidem
A est in positione: in conditione alia. Alia in
demonstratione. Prima ē talis. Res nul-
la potest nō esse: dum est. Aial dum viuit:
necessario viuit: ꝛ similia: que de ꝓsenti tē
pore affirmantur. Ex quibus necessitas ha-
betur preteriti: atqꝫ futuri. Quod factum
est: infectum esse nō potest. Quod futurū
est: non potest non fore. Secūda talis est.
Si corpus viuit: est necessario. Si animal
currit: mouetur. Tertia est huiusmodi.
Omnis pars minor ē qꝫ totū. Caput hu-
mani corporis pars est. Ergo caput illud
est humano corpore minus. Hec cōclusio
ideo oino necessaria est: qꝫ due precedētes
fr propositiones necessarie sunt simul iūcte.
Necesse est. n. caput esse minus corpe: tuz
qꝫ pars est minor toto: tuz qꝫ ipsum est po
corporis. Quapropter i his quoqꝫ tribus
positione: cōditione: demonstratione tres
sunt necessarie veritates. Ac si tria ipsa in
humana ratiōe sunt: cū disputat: tres quo
B qꝫ he veritates necessarie sunt in ipsa. Et
qa disputat semper: ēt dum tacemus: ꝛ dū
dormimus. tota enim hois vita perpetua
quedā rōcinatio est. Idcirco semper sunt
ille veritates in ratione. Que semp (vt ita
loquar) ꝛ veridica est: ꝛ verifica. Veridica
in primis tribus veritatibus: q̄ necessarie
per se sunt: etiā si ratio nihil egerit. Verifi
ca in tribus alijs: qꝫ ratio necessitatē quā-
dam illis imponit: per positiones: condi-
tiones: demōstrationes: siue per quoslī-
bet alios argumentandi modos. Contin-
git enim hoc aial viuere: non tū dum vi-
uit: cōtingit viuere: sed est necessariū. Cō-
tingit hunc hoiem moueri. Non tamē si
currat: imo segtur necessario. Contingit
hoc caput esse hoc corpore minus. Sȝ po
sitis ab animo ꝓtinus illis duabus pro-
positionibus: est necesse. Quātus in ipsa
specie capitis: ꝛ spē corporis nunqꝫ id fit
cōtingens. Si ratio in alijs necessarias ve
ritatez capit. In alijs ipsa facit: ꝛ capit sem
per: ꝛ facit: quis negabit in ea esse ꝓpetuā
veritatē. Immo qꝫ negabit eam esse neces
sariaz? Positqꝫ que p se necessaria sunt: ita
vt sunt: accipit: neqꝫ mutat. Que vo non
sunt per se talia: ipsa virtute sua efficit ne-
cessaria. Et multo magis necessaria est: qꝫ
oia: que positionibus: cōditionibus: argu
mētationibus necessaria efficiunt ab ipsa.
Ipsa igitur absolute est necessaria ferme:
vt principia illa: disciplinaꝝ: definitiones:
proprietatesqꝫ perpetue. Quapropter hu
mana rō vel necessario fuit semper: ꝛ erit
vt illa: vel saltē necessario semper erit. Mā
quid prohibet fore perpetuam rationem?
cuius perennis actio nihil est aliud qꝫ ex
absoluta eternitate firmiter intra manen-
te relatiua eternitatez tēporalibus qbusli-
bet: contingentibusqꝫ prestare: atqꝫ ex ne-
cessarijs: ꝛ contingentibus seriem vnam
digerere necessariam: ꝛ perpetuaz. Si erit
semper: viuet ꝛ semper. Non enim est ra-
tio nisi viuens: ꝛ in viuente.

¶ Obiectio scepticorū ꝛ rñsio: qꝫ aliquid certum sciatur. Capitulo septimo.

Neqꝫ audiendi sunt sceptici: si nega- C
uerint in alis nostris eē veritatez: qa
videant de singulis dubitare. Nō enim de
oibus dubitat alius: vt apparuit in omni-
bus necessarijs veritatibus: quas narraui
mus: ꝛ filibus. Hoc mihi cādidum vide-
ri scio. Hoc mihi iocunde olere scio. Hoc
dulciter gustū attingere scio. Quis nesciat
sūmū bonuz esse: quo nihil ꝑstantius? Et
esse vel in hoie: vel extra hoiem: ꝛ si in ho
mine: vel in alo: vel in corpe: vel i vtroqꝫ.
Quis nō certe sciat deū esse: vel nō esse? ꝛ

si sit oportere vnū esse: vel plures: & si plures: aut finitos numero: aut infinitos. Oportere deū esse corporeū: vel incorporeum. Ac si nō sit corporeus: esse necessario incorporeum. Ité regulas multas astrologie: & medicine certas esse declarat effectus: vt arithmeticas: & geometricas ptermittā: quibus nihil est certius. Et qđ maius é: si qñ animus de re aliqua dubitat: tūc etiam de multis est certus. Nā se tunc dubitare: nō dubitat. Ac si certū hz: se esse dubitantez a veritate certa id hz certum. Quippe q se dubitātem intelligit: verum intelligit. Et de hac re: quā intelligit: certus est: de ꝯo igitur est certus. Atq; oleo: q vtruz sit veritas: dubitat: in seipso hz verū: vnde nō dubitet. Nec vllū verū niſi veritate verū est. Non igit opz eū de veritate dubitare: qui potuit vndecūq; dubitare: vt Augustin⁹ ingt. Præsertiz cū non mō se dubitare intelligat: sed q hoc intelligit: aia duertat: & q aia duertit: agnoscat: ac de incepo in infinitū. Discernit ptera dubiū animum ab indubio. Nec eū latet: qđto satius foret: nō dubitare: & qđ ardēter cupiat veritatē. Certitudinē cū dubio cōparat. Quo fit: vt de vtrisq; sit certus. Est isup certus se inuestigare: sentire: viuere: eē. Sigdē nihil dubitat: q nō est; viuit: sentit: & inuestigat. Certꝰ quoq; est: se nō esse prīmā veritatez: qppe cū ipsa de se nō dubitet Scit eā dubitatione: & errore non implicari. Scit oportere: se in iudicādo falli: aut nō falli. Scit: siue fallatur: siue nō fallatur: dum iudicat: se p cui dubio viuere. Postremo non ignorat: esse extra animū suū aliqd aliud in natura: qđ ipsi inferat dubiū. Tales quedā certe veritates in ipsa ēt dubitatione perspiciūtur. Quo ammonemur: vt Aristonē: Pyrronē: atq; Herillus non metuamus: q: ouz opinātur: nihil a nobis verūz sciri: ipsi p cui dubio sciunt opinionē hanc suā oportere: aut verā esse: aut falsam. Sciūt si vera est: nō nihil ab hoie verum intelligi. Sciūt: si falsa é: opinionē eis oppositaz eē verā. ſ. aliquid ab hoie verum sciri.

¶ Obiectio peripateticorum: & respōsio q veritas animum familiariter habitat. Capitulo octauo. f

Sed nunquid metuēdi peripatetici sunt: qui negāt familiariter habitare i animo veritatē: ex eo q iā pauci eius piti esse videātur: & quisquis eaz nouerit: tāto ab infantia tempore fuerit indocilis. Certe nō esse timendos Augustinus: vbi mentē Platonis exponit: ita testat. Aut é aliqd in alio: qđ in presenti cogitatione nō est. Aut nō est in musico alio ars musica: cū de sola geometria cogitat. Hoc autem falsum est. Illud igit verum. Non aūt quicq; se habere aliud sentit: nisi qđ in cogitationez venerit. Pōt igit aliqd esse in alio: qđ esse in se animus ipse nō sentiat. Id autem qđ diu sit: nihil interest. Nā si diutius fuerit in alijs aliis occupatus: qđ uis intētionem suā in ante cogitata facile possit reflectere: obliuio: vel impitia notatur. Sed cum vel nos ipsi nobiscuz rōcinantes: vel ab alio bene interrogati: de quibusdā liberalibus artibus vera percipimus: ea que inuenimus: non alibi qđ in alio nostro inuenimus. Nā ob idipsum opz animuz ad hec inuenienda: relictis externis: secedere in seipsum. Neq; idē est inuenire: quod facere: aut gignere. Alioquin eterna gigneret animus inuentione temporali. Nam eterna sepe inuenit. Quid enīz tam eternum qđ circuli ratio? Vel si quid aliud in huiusmodi artibus neq; non fuisse aliquando: neq; non fore cōprehenditur. Hinc manifestum est: immortalē esse animū humanuz: & omnes veras rationes in secretis eius esse: quāuis eas: siue ignorantia: siue obliuione: aut non habere: aut amisisse videatur. Facte aliquid esse oblitum. Aliosq; te velle quasi in memoriam reuocare. Dicūt ergo illi: nūquid nā hoc est: Aut illud diuersa: velut similia pferētes. Tu ꝯo nec illud vides: qđ recordari cupis: & tamē vides: non hoc esse: quod dicitur. Nūquid naz tibi: cum hoc euenit: integra videtur

ratio sit eminentior phantasia: quā ipsa dedit deo tota ad vnū hoc opus beneficij cō ferēdi virgiē: remittit admodū hālis ille prior affectus animi: quo ꝓpio corpori copulatur: & ab eo soluta agit in alienū. Potest. n. facile ad hec tanq̄ instrumentum a deo duci: cū natura sit super corpora oia q̄q̄ vlo affectus olim alquio ad vnius gubernationem rapuerit. Non aliter ac si sapientissimus rex: potentissimusq; cuius prouidētie: & ditioni subsint omnes pariter amplissimi regni partes: reliquas negligat ad tps: prio alterius amenitate pellectus. Qz amore aliq̄ partis illius deseruescente: se ad alias conferat gubernandas. Differta het Plato noster oia tetigisse videt. Tyranidem qdem illam phantasie: & hoc rursum pie rationis imperium in timeo: vbi de vi anime in corpus disseruiat. In phedro aūt mirabiliter quiddā innuit: cum inquit omnē animā vniuersi corporis curaz habere. Atq; animā nostram: q̄ libera est totū peruertare celum: mundūq; vna cum celestibus animis gubernare: alias in alias figuris circūeuntem. Quando vero fit talis: aperuit in epinomide: vbi affirmauit necessitatem mentis: atq; anime menti cōiuncte necessitatē omnē exuperare: ac tale omne decretū esse fatale. Quinetiā in decimo de iusto intellectualē animam appellauit necessitatē: inter cuius gentia sit fulus aliquis circa quem spere mundi voluant. Quorsum hec? Ut intelligamus fieri posse q̄doq; vt hominis alia: tota rōnis intētione: in mentem: cuiusq; suū vertat. Sicut quādoq; vertitur in phantasiaz: vt diximus: iam: & rōnem. Quis nam animus hec agit? Qui phantasiā iubet silere: an ēt superni numinis desiderio flagrans: consuetis rationis naturalis discursibus non confidit. Sola viuit mente: euadit angelus. Et toto capit pectore deum.

Hoc significat Zoroaster vbi sic inquit.

ψυχη ημερότων θεον αρξει πωσ εσ εαυτην ουλεν ὅλον εχουσα ὅλα θεοῖεν μεμεῖη στραφμονῖαν

ἀρχεῖ δ' ἐρίφη πεπεσωμένη βροτεῖον. i. ania pium deū quodāmodo ꝓtrahit in seipsam: q̄ nihil retinens mortale tota diuinis haustibus ebriatur. Tunc quoq; exultat in corporis harmoniaz. Huiusmodi animum diui Joannis theologia nasci iterū dicit ex deo. Siquidē dei sūmi influxus per mentes angelicas vsq; ad animā hominis defluens instigat quotidie aiam corporis mersam: vt exuta carneā textā ponat potentias: operationesq; animales: & p anima fiat angelus. Quemadmodum radius solis vaporē tenuat: trahitq; sursuz: & in igneā conuertit naturaz. Qui huic inspiratiōi totū se cōmittit: cessat eē anima. Fitq; deo regenerante dei filius: angelus. Idcirco Plato theologos appellauit dei filios in timeo. Si anima natura sua excidit mūdi machinā: perq; vires inferiores mira operatur: in corporibus etiaz alienis qd illaz putamus acturā: quādo in caput surrexerit suū: euaserit q̄ angelica? Quod opz fieri posse quādoq; posq̄ blandimentis sensuum sit sepe bruralis. Et inspiratio dei esse nō debet vanior q̄z sensuū blandimenta. Tunc igit nō vnum quendam amplius: aut tenerū fascinabit: aut sanabit hominē egrotantez: sed sperie imperabit elementorū. Quādiu corpori huic addicta ē: parui huius mundi elementa. i. humores quatuor agitat. Eisq; calorem: frigus: humorē: siccitatē: colores omnes: saporesq; inducit: vt supra patuit: tum in actu vitali tum in affectibus phantasie. Idco q̄ soluta ab hoc emergit in amplum deo iam plena animalis huius grandioris humores: idest quatuor elementa maioris mūdi mouet: vt sua. Siquidem iaz quasi eua fit anima mundi. Eius videlicet mundi partis: erga quam afficitur maxime. Ac sicut eadem hominis anima: que cubitale infantis corpusculum rexerat: regit bicubitum aque: & tricubitum: ac deinde quatuor cubitorum. Et decem rursus: vt dicitur de gigantibus: ita si vsq; ad centum creuerit: ducentos eque reget. Quod.n.

nature ordine: & dignitate omnem molez
corporis antecedit: non minus totam ip-
sam molem quam molis partem implere:
C potest: atq; mouere. Si vim ab ipso deo
videlicet habet vitifica vis rationalis ani
D me in mundi speras: vim quoq; habet in-
eas rationis: ac mentis affectus. Solo igi-
tur affectu citabit ventos deo vouente: ac ce-
lo nubes iducet sereno: easq; coget in plu-
uias. Rursus sedabit ventos & aere serena
bit. Quod quidem posse fieri: factum ve-
fuisse Hippocrates chous: theologi mau-
ri: & arabes confitentur: maurorum prin-
cepe Auicebron: arabum Auicenna. Vbi
E to quot elementorum turbationes: procel
lasq; tum e; demonum conflictationibus
tum ex casibus animaruz in corpora sepe
contingere egyptii: platonicique arbitren-
tur. Quae gdé de re Plutarchus: & Por-
phyrius: & Proculus diligentissime ve-
sputant. Platonis certe: platonicorumq;
sententia est: a celo ad terram vsq; in spe-
3 rie omnibus alias plagas numinib; alijs
ab initio distributas ita fuisse: vt quan-
do in regione terre certis vicata numini-
bus dispositio ad ipsa numina: vel per su-
pernos influxus: vel per animorum affe-
ctiones precipue augetur: miracula sepe
talibus numinibus cógrua vel per se: vel
per animas ibidem ab eisdez numinibus
occupatas efficiantur. Sed de his alias.
F Magicam quandam in presentia senten-
tiam referamus. Putant chaldei posse in
super aliud quiddam ab anima mirabile
fieri. Vt scilicet radius effusus in corpus
suum ipsum lumine circúfundat: & radio
rum leuitate tollat in altum. Quod in se
ipso fecisse patrem eorum Zoroastrē non
2 nulli referunt. Ego vero si qua huius mi-
raculi ratio assignari potest: talem fortit
esse opinor. Primo lux in deo est: atq; ibi
est talis: vt superemineat intellectum. Vnde
non potest lux intelligibilis appellari. Sz
lux illa dei cum infunditur angelo: fit ex te
ligio lux intellectualis: atque intelligi po
test. Quando infunditur anime: fit ra-

tionalis: ac potest non intelligi soluz: sed
cogitari. Inde migrat in animę idolum.
Vbi fit sensitiua: nondum tamen cor-
porea. Inde ethereum vehiculum idoli.
Vbi fit corporalis: nondum tamen ma- B
nifeste sensibilis. Deniq; in corpus ele-
mentale: siue simplex: aereumq; siue cō
positum: quod est etherei vasculū: in quo
euadit manifeste visibilis. Atq; ego hāc
esse puto catenam illam auream: quam
vidit Homerus a celo pendentem: & in
terras vsque demissam: qua apprehensa
homines sese possint in celos attollere.
Profecto tanta luce diuinitus abundant
celestes anime: vt ingens inde in corpus
earum redundet copia luminis: quod
videmus in stellis. Si quando anima
hominis ita figat aciem suam in deum: Or
diuinoq; lumine impleatur: rapiaturq;:
vt ille tunc eque coruscet: & in vehicu-
lum suum radios effundit vberrimos:
perq; vehiculū: & corpus aereū in corpus
hoc oculis manifestum. Quod tunc ple
nissima illa copia radiorum effulget: ra-
resci: attollitur ethereo ad hoc conferen
te vehiculo: corporeq; aereo: quasi stupa
elevata per flammam. Tali quodam
igneo curru magi: atque Platonici He- G
liam: Paulumq; raptos in celum fuisse
dicerent. Ac demum post mundi iudi-
cium corpus: quod nostri glorificatum
nominant: similiter raptum iri. Ideo fic H
precipit Zoroaster. οτι ψυχη πυρος νοερ
μεν πατρος ουσης φατικον ηδη
σθω ψυχος βαθος αμβροτον ομ- J
μα: τοδ' αρδην παντεκτεταμενον
ανω μηδετοτης υλης σωμα λιπαρον
χρημνω κατα λειψον: idest. Quo-
niam anima per potentiaz patris sit ignis
splendidus dominetur in te immortalis
profunditas anime: & oculos omnes vna
tolle in altum. Tunc neq; etiam materia-
le ipsum corpus percipitio derelinqueus.
Ignem appellat lucem suam: qua & exube
rat deus per se: & anima per vim patris cō
uersa in patrem abundat. Et quia deus

fieri arbitro: per illud anime cẽtrum: quã pauloante vnitatem vocauimus anime a deo tributam. Per quã deo omniuz centro: t pure vnitati concilietur. Per quaz nõ modo elementa corporis huius: sed ẽt mundi concilietur: per quã solam posse deũ atingi sic aperuit: Zoroaster. ἐστι τι καὶ τοῦτον ὀχρατε νοεῖν νοῦ αὖξε. Est intelligibile aliquid: quod intelligere te oportet mentis flore. Florem mẽtis appellat Zoroaster ipsum anime cẽtruz. Quod Plato nominat mentis caput. Sentẽtiaz hanc nostram illud Pauli diuini theologi cõfirmare videtur: quod inquit: animũ deo raptum nec esse euidenter in corpore: nec extra corpus; videlicet qz nõ insit corpori per idolum: sed assit per centrum.

Quamdiu mirabilia hec animus operatur? Quamdiu ita manet abstractus. Manet vero parumper: naturali quodã potẽtie inferioris affectu: ad curaz corporis retrahente. Sicut t paulisper manere in aere lapis dicitur sursum iactus inter ascensum: atqz descẽsum. Sed nunquid ordinẽ mundi animus cõfundit humanus ymiracula operãdo? Nequaqz. Nã vt platonice loquar: in vniuersali rerum lege: t perpetua quadã serie causarũ ad idem conferentium sunt huiusmodi prescripta miracula. Ad hoc ipsum cõducit prouidẽtia mẽtium sub deo vsqz ad mentẽ nostrã continue conspirãtiũ. Ad idez diuinum fatum animaliũ idolorũ a prima aia ad nostre aie idolũ confluentiũ. Ad idem diuina quedã naturarũ omniũ dispositio a prime nature affectionẽ concurrentiũ vsqz ad nature nostre cõplexionem. Zdẽ sepe nobis celestia signa prenũtiant: per que quasi p oculos: nutusqz numinũ cogitationes significantur. Celi enarrant gloriaz dei: t opera manuũ eius annũtiat firmamentuz. Non igit qñ animus ille angelicus optat mirabile aliquod opus cõficere: puta citare vẽtos: statim superiores cause huic sanẽt voto: t noua cupiũt: quoniam noua animus affectauit. Sed contra: quoniã celestes id ipsum decreuerunt: iste cupit. Quonã pacto? Futurorum ventorũz stat in supernis numinibus prouidẽtia. Dispositio huiusmodi: vt alias diximus: per tres illas series statiz ad animas nostras vsqz decurrit: precipue per prouidẽtiam in mentez: quo dãmodo ẽt per fatum in idoluz: per naturam quoqz in corporis nostri complexionem. Sed perturbati hominũ animi hos impulsus nõ capiũt. Placatus autez aius vndiqz supnos capit impulsus. Vnde latenter incipit cogitare eadẽ: que cogitant superi: eadẽqz velle: ac nolle. Cũ naturali .i. diuino: t intimo inclinetur instinctu. Huic cogitationes omnes: affectusqz succedunt ad votuz: t quicquid a superis postulat: accipit. Nempe que illi iam daturi fuerant: postulat: t qz daturi erant: ad postulandum prouocauerunt. Sicut mater: que pomum manu prefert oculis filij: vt hinc inuitatus filius petat pomũ. Filius videt: petit: accipit: accipit iquã: nõ soluz qz petit: sed petit ẽt: qz sit acceptarus. Neqz vult dare mater: postqz filius velit accipere: sed ecõuerso. Nos quidẽ plurimũ non naturalibus: diuinis ve incedimus desideriis: sed illis: quos accendit quottidie casus: prout eniz alia: atqz alia sensibus nris occurrũt: aliter: aliter ve afficimur. Atqz ita rebus contingẽtibus occupati raro: vt cupimus: assegmur: qz raro: t sorte ẽdam cũ supernoz volũtate cõcurrimus. Angelicus autem animus t consentit cuz illis: qa tranquillus viuit: t imperat mundo: qz sua sponte ab hoc corpusculo: quod est mundi particula: soluitur in sui naturam regressus amplissimam. Talem vero sore animum prouidit deus: talem inquam nõ superno auxilio tantuz: sed etiam propria volũtate. Que quidem tũc precipue agit libere: quando dimissis actionibus in seipsam: originemqz contemplandam: amãdamqz se flectit. Talem quoqz elegit deus ad mirabilia perpetranda. Cuius oratiões etiam circa publicas mundi mutationes non esse vanas Auicẽna in metaphi

ficis: ⁊ Proculus: Jamblicusq; disputant in timeo. Probant enim vota viri sanctissimi: presertiz si cum illo populi quoq; vota concurrant: animos mirabiliter ita cõiungere deo: vt vna quodãmodo dei: animiq; opatio fiat. Sed dei quidez velut artificis: animi aũt tanq; instrumẽti diuini. De illis vero miraculis: que deus p se absq; instrumẽto facit: que lõge maiora sunt: in presentia nõ tractamus. Miracula huiusmodi nũquid naturalia sunt aio? Sũt naturalia quodãmõ: vt opinãtur platonici: atq; iterũ non naturalia. Naturalia q/dam quãtum recurrit in mentẽ: fitq; summi dei pedissequa: atq; instrumẽtũ. Non naturalia: quãtum vnius tãtum seruit corporis vsui: cuius amore captus ad tẽpus: neq; virtutis sue explicat amplitudinem: neq; diuine fit particeps. Qui quotiẽs ⁊ explicat: ⁊ fit particeps: ostendit se nullo ictu corporum dissolutum iri. Q̃nquidez quodãmodo prestat omnibus: ⁊ torquet oia pro arbitrio. Singula ꝙ: que de miraculis ex platonicorum mente disseruimus: ita a nobis affirmata sint: vt a christianis theologis approbantur.

¶ Marsilij ficini Florentini Platonice theologie de immortalitate animorum ad Laurentium medicem virum magnanimum. Liber quartusdecimus.

¶ Quod anima nitatur deus fieri: ostendimus signis duodecim: secundum duodecim dei dotes. Capitulo. j.

In principio disputationis duodecimus fundamẽta signorũ ad immortalitatez aie pertinẽtium. In vno tractat quãtum aia corporibus dñatur: qđ p q̃tuor signa tráse/gimus. In altero agit: qđ aia deus fieri nititur. De quo p duodecim signa tractabimus ſm duodecim dei dotes. In quo apparebit mira animi magnitudo. Cui non satis fuerit emulari deũ ijs miris: quos diximus modis: nisi ẽt fiat deus. Hic ita exclamauit Zoroaster. ὠ τολμηρότατα σφετεων ἀνθρωπε τεχνασματα. id est ô hõ nature audẽtissime artificiũ. Constat apud oẽs theologos deũ esse primum ipsum verũ: ac bonũ. Esse cuncta. Esse auctorẽ vniuersoz. Sup oia. In oibus. Semp. Prouidere cũctis. Juste administrare. Fortiter: dũ administrat: i habitu suo pseuerare. Tẽperate: sui utercq; tractare. Opulẽtissime viuere: atq; iocũdissime. Seipsum adeo beatũ itueri: mirari: ⁊ colere: tãtas duodeciz deo dotes ois apud oẽs gẽtes tribuit theologia. Quicquid vbiq; hoies agũt: ad harũ possessionem referũt: neq; aliud quicq; expetũt: ⁊ conant q̃z dotes huiusmodi sibi plenissime cõparare. Plenissimus harum possessor solus est deus. Totus igit anime nostre conatus est: vt deus efficiatur. Conatus talis naturalis est hoibus non minus q̃z conatus auibus ad volãdum. Inest.n hominibus oibus semp vbiq;. Jõ non cõtingẽtem alicuius hois qualitatẽ: sed naturã ipsaz seqtur speciei. Naturalis aũt motus ad finẽ aliquẽ directus nõ aliã ob cãm ad hũc finem potius q̃z ad aliũ determinat: nisi pp quãdaz nature sue affectionez: per quã cum tali fine cõgruit potius q̃z cũ tali. Et pp cõgruitatẽ amat. Ac pp eandem assequi põt quod amat. Quẽadmodũ aer letitate cũ ignis cõcauo cõgruit. Per eãdem annititur: mouetur q; ad illud. Per eandẽ rursus attingere põt ipsum: ⁊ in eo post q̃z attigerit: conquiescere. Põt igitur q̃q; nisi nus humanus in deuz intẽtus explieri. Nã qs hũc inseruit animis nostris: nisi idẽ ipse deus: quẽ petimus? Qui cum solus sit auctor spẽrũ: propriũ spẽbus inserit appetitũ. A primo nãq; rerũ principio tanq; a primo bono: appetibiliq; ois natu

ralis ducit appetitus. Idē primus est mo
tor. Idē t finis est vltimus. Siquidem ad
agentiū ordinez ordo segtur t in finibus:
qz sicut supremum agens sequētia mouet
agentia: ita ad finē supremi agentis refer
C ri opz fines agentiū reliquorū. Quicquid
enim agit primū ipsum ages pp finē suuz
agit. Ducat aūt: agitqz primū oēs omniuz
cārum sequentiuz actiones: mouendo ad
suā actionez omneo: ideoqz ad suos fines.
Unde segtur agentiū omniū inferiorū fi
nes ab ipso primo ad finem propriuz ordi
nari. Primuz agens deus est. Diuine vo
lūtatis finis est sua bonitas. Quapropter
sequētia oia in deū tanquā finem necessa
rio ordinantur. Presertim qz nihil tendit
in aliquid tāquā finē: nisi quatenus ipsuz
est bonum. Quo fit: vt bonū sit finis: qua
ratione bonū. Quod ergo summuz est bo
D num: est maxime omnium finis. Adde qp
primum bonū est causa oībus vt sint bo
na. Ergo est causa: vt appetant. Si autem
ipsum est: ppter quod oia sunt appetēda:
segtur: vt ipsum sit t maxime omnium: t
ab oībus appetēdum. Est igit finis oiuz:
eo tū pacto: vt mentiū finis sit ym formā:
reliquoruz ?o ym vmbram. Ergo t ho
minum ym formam finis existit: qū nihil
aliud satis ipse facit. Ita igitur hoies dei
formam appetūt: vt a deo tributus sit hu
iusmodi appetitus. Neqz minus a Deo
accēditur appetitus: quo deum desidera
mus: qz a re quauis obiecta sensibus ap
petitio corporalis alliciatur. Immo t tāto
magis: quanto bonū summum potētius
ad trahēdum est: qz minima bona. Prose
cto quēadmodū in libro de amore disser
ui: ipsius summi boni splendor fulget in
singulis: t vbi fulget accomodatius: ibi p
cipue allicit intuētem: concitat cōsideran
tem: rapit: t occupat ppinquātez: cogitqz
eū venerari splēdorē huiusmodi prę cete
ris tanqz numē: nihilqz aliud āmitti qz vt
deposita priori natura: ipse splēdor efficia
tur. Quod hinc pz: quoniam aspectu: ta
ctu ve amari hoies non est cōtentus: t cla
mat sepe. Homo hic nescio qd hz: quod
me vrit: atqz ego quid cupiam: non intel
ligo. Ubi cōstat animū diuino vi fulgo
re: qui in formoso homine micat quasi spe
culo: atqz ab eo clam raptum quasi hamo
trahi sursum: vt deus euadat. Esset autez E
deus (vt ita loquar) tyrānus iniquus: si
ea nobis mandaret aggrediēda: q nunqz
possemus implere. Dādat aūt vt se que
ramus: dū suis igniculis desideriū i se isti
mat humanū. Esset quoqz sagittarius ipe
ritus: ac nimiū temerarius: si desideria no
stra velut sagittas ad se: ceu signum dirige
ret: neqz addidisset spiculis pēnulas: qui
bus qnqz signū attingerēt. Esset deniqz i
fortunatus: si cassatus suus: quo nos ad se
rapit: nunqz finē suū consequeret. Quam
ob rē pōt alius noster aliqn fieri deus: post
qz ad id naturaliter cōtendit: sollicitante
deo. Nō fit deus: nisi qō dei induit formā.
Sicut neqz fit ignis quicqz: nisi formam
ignis accipiat. Ergo sicut materia aeris: q
prius erat sub aeris humiditate: atqz calo
re: p ignis vim humorē exuit: seruat calo
rem: t accepta siccitate formā ignis indui
tur: sic animi humani cēntia: q nūc mentē
hz: vires qz inferiores: deo expoliāte: iferio
res quodāmō exuit vires: ac mente: imo
?o capite mentis vnitate seruata: substan
tiam diuinā induit: quasi recētē formam: p
quā pene fit deus: p quā oēs deinde opa
tiōes agit: vt deus aliqs potius qz vt aia.
Hoc ipleri posse qnqz necessariū ē: ne fru
stra ab humana spē querēte: imo ne teme
re a deo trahēte: tēteť. Sic tenebroso hui°
corporis habitaculo circūsepta vires oēs F
inferiores aut nunqz: aut vix: t momento
remittit. Quo circa mirabile opus illud i
hoc corpe non iplet: t vix vnqz gustat ab
vno. Naturalia ?o desideria t in multis
oportet expleri: t non p momētaneā qua
litatem: sed per habitū stabilē: qualem ap
petunt. Qō si mēs quāto altius ad contē
plāda spiritalia elevat: tāto longius disce
dit a corporalib°. Supremus aūt termi
nus: quē attingere pōt intelligētia: ē ipse

dei substantia sequit: vt tũc demũ mẽs di/
uinam subire substantiã valeat: qñ fuerit a
mortalibus sensibus penitus aliena. Igit̃
anima ab huius corpis vinclis exẽpta pu/
raq; decedens: certa quadaz rõne fit deus.
Deus aũt ac dei eternitas idẽ. Igit̃ ratiõe
simili fit eternitas: multoq; magis fit eter
na. Quem qdem statum Joannes theolo
gus appellat deo simile fieri. Paulus autẽ
in dei imaginem transformari.

¶ Quintum imortalitatis signum: ab eo
qd̃ anima appetit primum verũ: z primuz
bonum. Cap. v.

A ITa demũ rõ superior nos de imorta/
litate certiores afficiet. Si quodeiz
illas dei dotes sigillatim pcurrentes: ostен
derimus aiam in his querẽdis naturaliter
deo se quodãmodo equare conari. Vius
noster cõem veritatis bonitatisq; concipit
rõnem. Per quã cõe verũ querit: z cõe ap
petit bonũ. In cõi veritate oia vera in cõi
bono bona oia cõtinent. Hinc fit: vt cũcta
vera naturaliter querat: cũcta naturaliter
appetat bona. Quod ex eo pz: q̃ cognita
vna quadã alicuius rei veritate nõ quiesci
mus: sed aliã inquirimus: rursusq; aliã: q̃z
diu putamus veritatẽ aliquã superesse no
scendã. Idẽ in bonis cõpandis inspicitur.

B Omne aũt verũ: z omne bonũ deus ipse
est: qui primũ verus est: primũq; bonum:
Ergo deũ ipsum appetimus. Sed quid in
eo potissimũ affectamus. Illi similes fieri.
Omnia. n. p capacitate nature in ipsuz tẽ
dunt tanq; finẽ: z ipsi suo modo cupiunt
similia fieri. Corpora vita carentia: secũdũ
esse tantũ. Viuentia: ẽm vitam. Sensitiua
secundũ secundũ sensum. Secundũ intel/
lectum rõnalia. Non possumus autẽ deo
per intellectum similes effici: nisi deuz in/
telligendo. Quippe cũ quibuslibet alys re
bus intellectus tunc fiat similis: quando
eas intelligendo se in earũ imagines trans
figurat. Finis ergo noster est: per intelle//
ctam deum videre: per voluntatem viso
deo frui: quia summum bonum nostrum
est suuime potẽtie nostre obiectũ summũ
siue actus pfectissimus circa ipsum. Sum
me autem potentie nostre sunt mens: mẽ/
tisq; caput: atq; voluntas. Sũmũ haz ob
iectũ est cõmune verum: bonumq; cõmu
ne z integrum. Id est autem deus. Neq;
obiciat nobis arabum aliquis sufficere no
bis angelo aliquo frui. Naturale qppe de
siderium nobis inest ad causam semper cu
iusq; effectus inueniendam. Neq; cessat
inquisitio: quousq; ad causam primaz per C
ueniatur. Quoniam igit̃ cuiusq; effectus
cogniti optamus causaz videre: atq; intel
lectus noster esse ipsum vniuersale cogno
scit: efficitur: vt naturaliter affectemus eẽ
ipsius causam noscere: que quidem ipse est
deus. Neque dicimur finem vltimuz asse
cuti: nisi quiescat totum desiderium natu
rale. Quare in sola dei: siue cognitione: si
ue possessione vltimus finis consistit hu/
manus: que naturalem sola terminat ap//
petituz. Quod liquido hinc apparet: quia
ppriũ finis adeptio delectat quemq; sum/
mopere. Animus autem rei nullius pos/
sessione tam vehementer: tam pure: taz fir
miter gaudet: quantum vel exigua quali/
bet speculationis diuine gustatione p qua
si quãdo vere persentiatur: z possessio om
nis: z mundus totus: z vita cõtinetur.
Quisquis enim pie nonnunquam cũ deo
viuit: is clamat: se tunc solum in vita: z a
malis vixisse semotum: z boni aliqd gu//
stauisse: quasi tunc demũm in suum se
portum receperit. Huc tendit illud Pla D
tonis in libro de sciẽtia. Mala omnino de
uitari non possunt. Necesse est enim sem/
per aliquid bono contrarium esse. Apud
superos autem mala esse impossile est. Sz
circa mortalem naturam: locumq; inferio
rem necessario revoluuntur. Quamobrez
hinc illuc quamprimum est fugiendum.
Fugere vero hinc illuc: nihil est aliud q̃z
deo: quatenus fieri potest se similez redde
re. Simile vero faciũt iustitiã: z sanctitas
cũ prudẽtia. Hec ille. Merito ita precipit.
Ubi. n. bonoz oium viget bonũ: ibi soluz
inuenit oium medicina malorz. Neq; cre/

dendum est panetio dicēti: optare quidē nos diuina: sed nunq̄ ad summuz cōsecuturos: q̄ plena diuinoruz possessio: ⁊ vita quieta nō ad alios hominuz pertineat: sed ad angelos. Natura ipsa reruz contra nos docet. Nēpe elementa: que naturali cupiditate sua petunt loca: tāto feruntur rapacius: quāto magis locis suis: finibusq̄ p̄pinquant. Ideo Aristoteles in libro de celo ostēdit: motū naturalem rectuz nō posse ad infinitum vagari: aliogn in suo progressu nō esset mō tardior: modo ꝯo velocior. Quapp qō tale est vt vehementius: postea q̄z prius tendat in aliqd: non oberrat in infinitū: sed ad certum aliquid sese cōfert. Hoc aūt in ipso sciēdi desiderio experimur. Quo eni qs magis intelligit: eo ardētius flagrat ad reliquū. Igit naturale desiderū cognoscēdi ad finē aliquem determinatum dirigit. Quis hic finis? Causa cārum oium: que cōperta naturalē oēz inq̄sitionem terminat cārum. Dedit natura corporibus crassis appetitionē: inclinationemq̄: qua loca cupent inferiora. Addidit illis preterea grauitatē: frigusq̄ quasi medū: per qō ad locū optatū descēderēt. Dedit subtilioribus appetituz altioris loci: adiunxit ⁊ leuitatē: caliditatemq̄: per q̄z media optatum finez consequerentur. Dedit brutis cibi: ⁊ coitus appetituz. Addidit mēbra ad esum: ⁊ coitum preparata. Dedit nature dux animo vniuersalis: ⁊ totius veri: boniq̄ votū. Quod quidem eo naturalius est q̄z cibi ⁊ coitus appetitus: quo illud est magis continuū. Comedere quidē raro corpus exigit. Rarius ꝯo coire. Uerū aūt: bonumq̄ singulis optamus mōmētis. Semp. n. nouaz rerū: imaginationūq̄: ⁊ rōnuz cupidi sumus. Semper oculos patefacimus ad q̄libet occurrētia: ⁊ longissimo: amplissimoq̄ prospectu nimium delectamur. Immo solo cōtenti sumus imēso. Semp arrigimus aures ad q̄libet audiēda. Qō infantes faciūt: ⁊ adulti. Gnari pariter: ⁊ ignari. Atq̄ omnes in arte qualibet artifices: duce natura. Adde

q̄ domari potest coitus libido: edendi vo racitas minui. Ueri aūt: boniq̄ volūtas minime: imo ꝯo decrescunt illa erate: hec augetur. Adde insuper: q̄ illa corporalia p̄ter aliud appetūtur: hec autez gratia sui. Quāto igitur naturalior est veri: boniq̄: q̄z tibi coitusq̄ cupiditas: tanto magis a nature duce p̄uisum est: vt finē suū p̄ossus adipiscat. Immo ꝯo ob eam maxime cām naturalior est: q̄ est: ad finem acquirendum paratior. Profecto si spēi cuiusq̄ p̄prietas necessaria est: p̄udēterq̄ ab auctore dispōsita: sequitur: vt rōnalis spē conatus: qui ad rotiuo boni possessionē dirigitur quasi finē: assecq̄ valeat: qō contēdit. Nēpe si impossibilis sit finis vltimi cōsecutio: vniuersa tū spēs: tū actio spēi cōtingens est: fortuita: ⁊ inanis. Quiescit quandoq̄ oculus spēi gratiose cōspectu. Quiescit auris melodia. Et quisq̄ sensus q̄nq̄ suis satiat: ⁊ implet obiectis. Tanta felicitate sensus natura donauit. Nō ꝯo istoū regina: que ꝛ angelis inferior sit: brutis tñ est superior. Tam infelix erit tā ab artifice nature neglecta: vt oberret semp? gescat nunq̄. Certe in hac vita nunq̄. Neq̄ audiēdus hic est arabū aliqs: fingēs intellectum humanū: qō hac in vita negt in singulis: saltē i cūctis hoibus assecq̄. Primo qdē nō est intellectus vnus in oibus iter se penitus repugnātibus: qō alias ostendemus. Deinde neq̄ in cūctis quidez simul hoibus vnq̄z aius habitū exoptatū consequitur. Ac dū in singulis hoibus ad diuina cecus est: ad eadem ferme sil'r in cūctis est cecus. Deniq̄ nō licz fingere nos ipsas diuinarū formarum substantias ex substātijs naturalibus ad votum comprehendere posse. Ide nanq̄ substantie ad materiam declinant. Ille vero nequaquam. Intellectus autem humanus quatenus hoc habitat corpus: eatenus cognoscēdo quodammodo ad corporalia vergit. Preterea naturales effectus diuinarum causarum vires: substantiasq̄ equare: ⁊ demonstrare non possunt. Adde: q̄ diuine forme a na-

turalibus multo magis distant: q̃ a naturalibus naturales. Ergo si per voces non cognoscuntur colores: quod apparet in cecis: multo minus per naturalia vnq̃ diuina comprehenduntur: vt Plato ad Dionysium scribit syracusanū. Ditto: q̃ substantia: virtusq̃ diuina tanq̃ infinita non potest a nobis, prius ad votum percipi: q̃ per ipsam met absolute formemur. Quod quidem in anima huic coniuncta corpori sic affecto perfici nequit. Verum vt ad p
B positam huius capituli argumẽtationem regrediamur: rõnis capacitas: appetitioq̃ non quedam vera: aut bona quedam: sed omnia: integraq̃ requirit. Que hic ideo tũ q̃ assequi videtur: vt Plato inquit in epinomide: q̃ semper est ambiguus intellectus: semper voluntas est anxia. Nec igitur animus exutus corpore consequetur. Si bonum vniuersum adipiscetur: immortalitate nullo modo carebit: que tantum bonuz est: quantum malum: que cunctis priuat bonis. Ac mens: que vera videbit omnia: nullis gaudebit bonis: si se suspicabitur morituraz. Vt ergo secura, sit
C finis adeptio: t tranquilla: necesse est mẽtem de eterna finis possessione certam esse. Quod quidem ita confirmat Aurelius Augustinus in libro de trinitate tertiodecimo. Omnes beati esse volunt: atq̃ ideo nolunt perire: t cõsumi: quod beati sunt. Nec nisi viuentes beati esse possunt. Nolunt igitur perire quod viuunt. Immortales itaq̃ esse volunt: quicunq̃ vere beati: vel sunt: vel esse cupiunt. Non autem viuit beate: cui non adest quod vult. Nullo modo igitur esse poterit vita vere beata: nisi fuerit sempiterna. Nec ille. Sed ne
D paneciani diffidant vlterius vitam vere beatam homini conuenire: ita concludemus. Cum nature intellectualis proprium sit cognitione gustare omne bonum: certe eiusdem proprium est affectu etiam vesci omni bono. i. integro. Beatitudo igitur nature intellectualis est propria. Quelem vero quisq̃ intellectum habet: talem potest beatitudinem consequi. Si verum: formalemq̃ intellectum: veraz quoq̃: formalem q̃ felicitatem. Sin vmbratilem intellectum vmbratilem quoq̃ felicitatem. Dominus anima licet imago quedam sit intellectus diuinioris: verũ tamen in se mẽtis formaz habet. Quod tribus probatur signis. Primum est: q̃ multa vera secundum veram eorum rationem intelligit. Secundum: q̃ veram veritatis ipsius intelligit rationem. Tertium: q̃ si anima nostra solam intellectus vmbram haberet: non intelligeret: definiret ve vnquam formam: t substantiam intellectus: sed accidentia tantum confuse prospiceret. Quoniam igitur anima vim intelligendi possideret: non vmbratilem tantum: sicut bestie quedam sagaciores: sed vere etiam expressam: atq̃ formalem: idcirco potest quãdoq̃ vitam consequi vere beatam. Neq̃ mirum alicui videri debet: me intellectum alium vmbratilem: alium formalem ponere. Siquidez platonici: vt proculus disputat: omnia rerum genera ita distinguunt: atq̃ in primis vnitatem: t mentem: animam: t naturaz. Sed missa hec in presentia faciamus. Videamusq̃: qua ratione Origenes in libris de principys superiora confirmat. Cum consideraret Origenes: deum rerum artificem in singulis nõ necessitati solum: vtilitatiq̃ tum proprie: tum communi consulere: sed etiaz neq̃ id quidẽ minus pulchritudini rerũ: ammirationiq̃ spectantium vbiq̃ studere: conclusit quemadmodum humanus artifex artificia construit q̃ pulcherrima,: vt intuentes alliciãtur ad ingentũ: quo ille cõstruxit considerandũ: atq̃ admirandum: ita deum artificiosissimũ mundi opificiuz construxisse. Unde effici vult: vt rationũ: quibus omnia ꝓstant ingressio: ab ipsamet rõne dei artificis omnium, mẽtibus sit inserta: t inde quotidie moueatur: ita vt nõ minus eas nostra mẽs desideret per naturaz: q̃ oculus colores: t gustus escas. Addit ea nos conditione a deo eiusmodi de

deriuz accepisse:qua aliquando posset ex/
pleri:ne frustra a deo sit infitum. Preterea
quisquis amori huic studio voluntatis in
dulxerit:etiam si parum veritatis consequ/
tur in vita:tamen ex hoc affectu prepara/
ri ad veritatis plenitudinem in futuro cõ
prehendendam. Et quoniam preparatio
talis fit per deum:per deum fore quando/
qz formationem. Siquidem agentes cau/
se non ob aliam rationem disponunt ma/
teriam:nisi vt eam forment quandoqz di/
spositam. Hanc Origenis sententiam ita
breuiter confirmamus. Quod videlicet q
renus consideramus:quales effectu vni/
uersi forme sint:atqz vtruz prosint nobis:
aut obsint:eatenus a natura creata duci vi
demur:t vite corporis obsequi. Ac velle
formas externas in formam nostram:pro/
ut vsus postulat:transformare. At quãdo
perscrutamur:quibus rationibus singula
ita creata:ordinataqz sint:quod sane iqui
rimus naturaliter:tunc ab ipsa rerum arti
fice ratione ad ipsaz met allicimur:vite
studemus eterne:t in formaz artificis om
nisformem:animum reformare conamur.
Hic Paulus apostolus inquit:interiorez
hominez quotidie renouari inuisibilia no
bis:eternaqz contemplantibus. Item:nos
autem inquit reuelata facie gloriam domi
ni speculantes in eãdem imaginem trans
formamur a claritate in claritatem tanqz
a domini spiritu.

¶ Sextum signum. Quia animus cona
tur omnia fieri. Capitulo. iij.

OStensum est animum nostrũ in oi/
bus suis actibus primã illam dei vo
lem pro viribus cõparare. i. totius veri:to
tiusqz boni possessionem. Secũdam po
illam querit ne? An conatur oia fieri:sicut
deus est omnia? Conatur mirũ imodum.
Vtiam siquidem agit plante:quatenus sa
ginando indulget corpori. Vtiam bruti:
quatenus sensibus adulatur. Vtiã homi/
nis:prout de humanis negocijs ratione
consultat. Vtiam heroum quantum natu
ralia inuestigat. Vtiam demonum:prout
mathematica speculatur. Vtiam angelo/
rum:prout diuina inquirit mysteria. Vi
tam dei:quantum dei gratia omnia opera
tur. Omnis hominis anima hec in se cũ/
cta quodammodo experitur:licet aliter
alie. Atqz ita genus humanum contendit
omnia fieri:cum omnium agat vitas. Qd
ammiratus Mercurius trismegistus in/
quit. Magnum miraculum esse hominez
animal venerandum:t adorandũ:qui ge
nus demonum nouerit:quasi natura co/
gnatum:qui ve in deũ transeat:quasi ipse
sit deus. Preterea quecunqz sunt:quan/
tum sunt:sunt vera. Quantum vero vim
aliquam ordinẽqz:t vsuz sortita sunt:sunt
t bona. Animum supra mõstrauimus om
nia vera:t bona omnia querere. Res igit
omnes querit. Quid autem querit aliud?
Nisi vt per intellectum sciat omnes:per
volũtatem oibus perfruatur. Vtroqz aũt
modo fieri cũcta conat. Sicut sensus:pu/
ta visus colores:nõ cernit:nisi coloruz in/
duat formas:fiatqz vnum ex videndi po/
tentia:t forme visibilis actu. Ceu ex aere
lumineqz fit vnum. Ita neqz intellectus
res ipsas cognoscit:nisi vestiatur formis re
rum cognoscendarũ:fiatqz ex intelligen/
di potẽtia:t forme itelligibilis actu vnuz.
Quorũ vnionez vna actio comitat. Una
eniz intelligẽdi opatio est vtriusqz. Quis
itẽ neget ex materia corporali:t forma illi
tributa rem vnã fieri. Cũ ex illo cõposito
vnus proueniat actus:vnusqz motus.
Multo aũt magis:vt placet platonicis:t
Auerroi:vnũ qddã fieri opz ex potẽtia in
tellectus:formaqz rei itelligẽde:tũ qz sepe
stabilior ex ijs puenit cõpositio. Sepe eni
diutius manẽt vna q̃z materia corporalis:
eiusqz forma. Tũ ẽt qz intellectus ipse for
ma quedã est. Forma inquã inhians mate
rie instar ad formã vteriorẽ. Ideo magis
conuenit cũ forma suscipienda:q̃z conue/
niat cũ forma propria materia corporalis.
Dẽs eni forme in mũdi materias a supna
mẽte descẽdũt. Quocirca cuz mẽte nostra
multo magis cõueniunt q̃z cum materia.

Deniq; mens quanto est præstantior quaz materia: tanto efficacius formá q̃ exoptat sibi adsciscit ꝛ vnit. Neq; credendũ è animũ sibi minus vnire que capit q̃ corpus. Corpus.n. cibos vel diuersissimos in suá vertit substantiá: aia cõcoquẽte. Ita ꝛ animus: que accipit: immo concipit: in se vertit: ꝛ multomagis. Sigdem dimensiones corporũ mutuá in corporibus impediunt vnionẽ. Spiritalia vero sunt vnioni admodũ aptiora. Itaq; rõnes rez intellectarũ magis in substantiá transeũt itellectus: vt vult Plotinus: q̃ in substantiá corpis alimenta. Per hec pz ex mẽte nostra ꝛ forma rei itelligende vnũ aliqd fieri. Quod autẽ ita subit alicuius formam: vt ex ea: ꝛ semipso reddat vnũ: illud ipsuz ferme euadit: cuius subiuit formaz. Quis nesciat materiam aeris: qñ ignis formam susscipit effici ignem: aut igneam? Ideo intellectus pene res illa fit: q̃ intelligit. Fit inquaz actu res illa. Nam ꝛ potentia: ꝛ quodammodo habitu res eadem erat ẽt prius q̃ intelligeret: vt Plotinus existimat. Tunc sane intellectus intelligit circulũ: qñ ipse actu quasi fit ratio circuli. Immo hoc ipsum actu fieri: ipsum intelligere est. Erat autem intellectus eadẽ ipsa circuli rõ etiá prius: tũ sm potentiam: quo ad substantialiẽ pertinet circuli ipsius ideam: tum sm habitũ quo ad idee formulá nobis familiarez. Ueritates autem singulaz rerũ in ipsa firma illarũ ratione consistit. Atq; ita mens res q̃libet vera fit: qñ res ipsas intelligit se in earũ rõnes perpetuas conuertendo. Sed de hoc alias. Sufficit autem nobis in presentia: q̃ cum intellectus querat res omnes intelligere: ꝛ intelligendo formis earuz penitus vestiaꝛ consequens est: vt querat res omnes effici. Unde nititꝛ deus fieri in quo sunt omnia: dum nititur omnia fieri. De intellectu satis. Cupit idem ꝛ nostra volũtas: quia semper affectat bonis omnibus perfrui. Fruendo autem rebus seipsam rebus: quibus fruitur: vnit. Sed interest intellectum inter ꝛ voluntatem. Utraq; sunt omnia. Intellectus omnia vera. Uoluntas omnia bona. Sed intellectus res in seipsum transferendo: illis vnitur. Uoluntas contra: in res transferendo seipsaz. Quonã pacto? sane noster intellectus modo suo potius res intelligit: quam pro natura rerum: formas vtiq; corporũ: q̃ sunt particulares materie iminerse: diuise: confuse: infecte: ac mobiles intelligit mõ quodam vniuersali absoluto: simplici: diffincto puro: ꝛ stabili. Deum vero ꝛ angelos: qui stabiles sunt: ꝛ simplices: mobili vt pluri muz: ꝛ multiplici comprehendit discursione. Ita intellectus noster tam illa que infra se: quam que supra existunt: modo quodã percipit suo. Quam ob causam dicit omnia in suam transferre naturam. Ex quo etiam platonis illud confirmari videtur: q̃ mẽs p innatas formas intelligat. Post quam per nature sue modũ intelligit. Uoluntas autem primo quidem non sicut intellectus in se permanet: sed animaz ꝛ corpus mouet ad operandũ: vt ad res desideratas accedant. Deinde non eo ꝓprio mõ quo res in aia insunt: affectat: sed quo potius in seipsis. Intellectui aurũ cognituro spes auri illa vlis: ꝛ i corpora sufficit. Uoluntati vero non sufficit. Nam q̃tum ad humanã vitam spectat: aurum vult particulare istud: ꝛ corporale: quale est in seipso. Concludamus animam nostram per intellectum ꝛ voluntatem tanquã geminas illas Platonicas alas. Idcirco volare ad deum: quoniam per eas volat ad omnia. Per primam omnia sibi applicat. Per secundaz se applicat omnibus. Itaq; anima cupit: conatur: incipit deus fieri: proficitq; quottidie. Motus autẽ ois: qui ad terminum aliquẽ directus incipit qdez primo. Pergit: deinde intendit paulatim: ꝛ proficit: pfecto qñq; pficitur. Eadẽ namq; facultate intendit: qua cepit. Eadem postea proficit: qua ꝛ intendebat. Eadem tandẽ perficit: qua ꝓficit. Quãobrẽ animus nostier qñdoq; fieri poterit quodãmodo ois: ac deus quidam euadere.

¶ Septimum signum: & octauum. Quoniam animus conat facere omnia: atq; itē omnia superare. Cap. iij.

E Secuntur alie dei notes: tertia quod auctor vniuersoꝝ est: quarta q; super oia. Has quoq; aius noster aucupat. Diximus alias: quēadmoduꝫ per varias artes oia dei opera emulat: atq; ita instar dei efficit omnia. Diximus etiam: hominez semper contendere: vt & sibiipsi: & ceteris cunctis tū hominibus: tum bestijs dominet. Esse seruituris omnis impatientem. Qui etiam si seruire cogatur: odit dominū: vt pote qui seruiat contra naturam. Superare autem obnixe qualibet in re contendit: pudetq; vel in rebus minimis: ludisq; leuissimis superari: tanq; id sit cōtra nālem hominis dignitatem: & oino pudoris vere cūdieq; affectus humano generi ꝓprius: nescio qd augustū late in nobis significat: qđ nefas sit temerari: qđ vt sit veneratiōe dignissimum. De hoc alibi. Sed q̄ꝫtū pertinet ad victorie cupiditatē inmensaz animi nostri magnificentiam ex hoc manifeste Iz perspicere: q; non satis illi futurū sit mundi huius imperiū: si hoc subacto aliū resciuerit supereſſe mundū: quem nondū subegerit. Hinc alexander cū audiret anaxarchū democritū mundos esse innumerabiles disputantem: h: u me miserum exclamauit: q; ne vno quidez adhuc potitus sum. Ita nec superiorem vult homo: neq; parem: neq; pati supereſſe aliqd ab imperio eius exclusuz. Solius dei hic status ē. Statū igitur querit diuinuz. Quod inde plane possumus coniectari. Quod multi tum philosophi: tum principes diuinos sibi q̄siuerunt honores. Neq; satis illis fuit qđ boni hoies haberentur: nisi haberent diuini. Immo tanquam dij voluerunt coli: quod cum innumerabiles viri tentauerint: inter philosophos Empedocles precipue inter principes Alexander macedo dicit concupisse. Deniq; oēs idē affectant & si successurū sperarent aggrederent: q̄ iure suo vendicent sibi diuinitatem.

¶ Nonum signum & decimum. Quod homo affectat vbi esse. Atq; item esse semper. Cap. v.

O Eus preterea vbiq; est: & semp: Cupit aūt homo vbiq; eē. Quatuor. n. elementis vtit: sicut diximus. Terraz metitur: & celū: ac pfundas tartari latebras p̄scrutat. Non illi celum videtur altissimū vt mercurij verbis vtar. Non centrū terre pfundum. Non tempoꝝ locoꝝ ve interualla impediunt: qn p omnia pcurrat: quecunq; sunt in qbuscūq; tēporibus aut locis. Nullus parics eius aut obtūdit: aut retūdit intuitū. Nulli fines sibi sunt statis. Vbiq; studet impare: vbiq; laudari. Atq; ita conat eē: vt deus vbiq;. Conat quoq; esse: & semper: vt deus. Duobus aūt id q̄rit modis. Primo q; omne futurū tepus in ore hominū restare contendit. Doletq; neq; potuisse etiā in oībus preteritis seculis celebrari: neq; posse in futuris ab omnibus tum hominū nationibus: tum brutorū generibus honorari. Id omnes tam adolescentes q̄z adulti: tam rudes q̄z eruditi omni ope: studioq; nituntur. Et tāto affectant ardentius: q̄to magis excellunt ingenio. Quod autem omnes appetūt homines. Maxime vero prestantiores: hoc ab illis naturali lege tanquam bonuz deideratur. Non igitur frustra queritur. Siquidem in lege nature non est temeritas. Temere autem quereretur: & frustra tanquā bonum: si nihil esset querentibus profuturum. Non prodest laus: que non sentitur. Quapropter species humana vaticinatur se in seculis futuris sensu non carituram. Cum sepe etiam presentem contēnat vitā vt a posteris celebretur. Posterorū quoq; suorum cum in omni vita: tum in vite calce summam habet curā: existimans ad se futura secula pertinere. Nec fieri a bestijs non videmus quasi earum natura vaticinetur: nihil in se esse: qđ aut veneratione sit dignum: aut sensu preditum sempiterno. Vaticinium vero naturale excellentissimorū presertim ingeniorum aberrare nō

poteſt. Quēadmodum Plato in epiſtola ſcribit ad Dionyſium. Ex quo effici vult vt animis hominum ſenſus humanarum rerum ſuperſit. Quod etiam in legibus ex ordine diuine prouidentie confirmauit.

Alter modus: quo noſter animus optat eē ſemper; immo ⁊ viuere: ſiquidē anime idē eſt eſſe: qđ viuere talis apparet. Humanus animus: ⁊ ie quidem omnis vitam aliq̄ cogitat ſempiternam. Quam ſtatim cogitatā affectat: ſemperq̄ cupit eſſe. Omnino appetitus eſſendi naturalis eſt: Quoniam rebus ſtatim natis ineſt cū ctis: atq̄ continuus. Neq̄ conſilio aduenit: q̄ ineſt veſtigio natis. Neq̄ caſu contingit: q̄ cū ctis: ⁊ q̄ continuus. Profecto elementa p virtutem naturaliū qualitatū reſiſtunt rebus corruptionem tentantibus: ne eſſe illis auferat. Rurſus loca ſibi conuenientia petunt auidiſſime: repelluntq̄ obſtantia motui: vt eſſe conſeruent. Hic appetitus eſſendi: ideo dicit naturalis: q̄ naturales eorum ſequitur qualitates. Plante quoq̄ vitalis complexionis inſtinctu humorem ſugunt ſalubriorem: radices ad hunc longiſſime dilatantes: quo eſſe conſeruēt. Itē. vmbras retractis declinant ramuſculis: atq̄ viminibus quibuſdaz adūcis implicāt ſubſtentacula: ne ne eſſe amittant. Quem appetitum dicimus naturalem: q̄ naturalem ſequitur vite complexionem. Bruta per concupiſcentiam naturalem ea adſciſcunt: que eſſe conſeruant. Repellūt per naturalem iracundiaz interimenta. Itaq̄ in vs ſimiliter eſſendi appetitus eſt naturalis: q̄ non conſilium: aut caſum: ſed vires ſequitur naturales ⁊ inſitas. Quoniaz vero horū nature vim non habent vllam per q̄ eſſe ſempiternum ſubiecto ſuo proprie: coporiq̄ exhibeant: ideo horū nulla ſemper eſſe in ſua proprie ſubſtātia cupiūt fruſtra namq̄ contenderent: cupiunt tñ ſecundum naturam eſſe ſempiternum in ſpecie. Ad qđ ſufficiēter nāles eorū vires ſubſeruiūt. Hinc ſimilia ſibi i ſpē generāt: p q̄ ꝓpagatiōes ſpēs talis rex ꝑpetua manet in mūdo. Que quidem appetitio nō ſolū in elementis: ⁊ plantis: ſed brutis ēt caret cognitione. Nēpe vis generandi: q̄ ad id ſeruit nulla prius hz cognitionem. Si qua vero ſunt corpa: que principia ſufficiāt ad eſſe in ꝓpria ſubſtātia ſempiternū: illa ſm naturā eſſe appetūt ſempiternum: nō in ſpecie ſolū: verū ēt in ſubſtantia propria. Qualia forte ſunt ſyderuz corpa. Redeamus ad noſtra. Appetit noſter aiuus eē. Sed nūqd naturalis eſt hmōi appetitus? Eſt abſq̄ dubio non minus naturalis aio noſtro quā ceteris rebus appetitus eēndi. Ar. n. apperit eſſe ſemp. Num hec ſemper eſſendi cupiditas ita nālis eſt: ſicut eſſendi? eſt plane. Neq̄ nobis epicureus q̄ſquā obiciat: qđ hz aiuus eſſe qdem ipſum appetat naturaliter: q̄ ēt ſicut nō noſſet: appeteret tñ eſſe ſempiternū preter naturaz exoptat: ob id forſaſſe: qđ eternitatem illam cognouit qdem prius: poſtea concupiuit. Non obſtat cognitio illa: quominus eternitatis auiditas ſit naturalis. Nā ⁊ noſtri ſenſus cibos cognoſcunt: quos tñ ſm naturam appetunt. Lupus agnum. Canis leporē: poſtq̄ viderūt: cupiunt: tñ cupiunt naturaliter. Quoniā ex naturali complexione ſtatim ita compellunt ad appetendum: vt nō cupē nequeāt. Itaq̄ vt oculis naturale eſt: talia ſibi obiecta ſpicere: ita naturale eſt cōcupiſcēdi potentie talia inſpecta ꝓtinus affectare. Eadē rōne intellectui naturale eſt ſpicua obiecta cognoſcere. Voluntati que bona iudicata ſunt velle. Quicqd perſpicue offertur: naturaliter intellectus agnoſcit. Quicquid ſub bonitatis ratione offertur: voluntas apperit naturaliter. Quare naturale eſt itellectui eſſe ſempiternum cognoſcere. Cognitū vero tāq̄ bonū volūtati naturale expetere. Et ſicut appetitus irrōnalis ſequitur ſenſuz ſic voluntas que eſt rōnalis auiditas ſequitur intellectum. Ergo ſi appetitio cibi eſt naturalis: q̄ ſubita eſt: non nata conſilio: ſic voluntas imortalitatis eſt naturalis q̄: eſt actus ſubitus: ſequens meraz intellectus vo

luntatisq; naturam. Nam cum primum
menti esse sempiternum offertur: iudicat
appetendum absq; discursione. Et appeti
tur: nullo consilio precedēte. Quod si vel
casu: vel consilio affectaretur: neq; omnes
neq; semper ydem: neq; eque semper exp
terent: sed variaretur istud secundū casus:
consultantiumq; varietatem. Nunc autē
omnes t necessario: t subito id adscisciīt:
impellente natura: quemadmodum t bo
num ipsum necessario volumus: hoc aūt
aut illud non necessario: neq; natura. Ita
esse tale: aut tale: hic vel ibi non naturali
ter affectamus. Esse aūt ipsum absoluturz:
cui nulla priuatio misceat essendi trahente
natura desideramus. Atq; sicut sempiter
nam vite priuationē impellēte natura sem
per horremus: ita sempiternam vitam: na
tura trahente diligimus. Tempauit autez
nature artifex cū essentia cognitionē: cum
cognitione appetitum: cuz appetitu finis
adeptionē. Ergo sicut brutum esse tantuz
temporale cognoscit pro nature sue capa
citate: ac ſm naturam esse appetit tempo
rale: ita noster alius nature sue magnificen
tia sempiternum esse cognoscit: t naturali
ter appetit. Nam t esse ipsum est ſm natu
ram appetibile. Et eo qdem modo ſm na
turam appetibile: quo t cognoscibile na
turaliter. Itaq; sicut a natura bruti esse co
gnoscīt tantum: vt temporale ac presens:
ita ab illa desideratur similiter secundum
naturaz. Ab humana vero natura sicut co
gnoscatur esse ipsum tanquam perpetuuz
ita tanquam perpetuum ab ea naturaliter
affectatur. Ut quod secundum propriam
intellectualem naturam dumtaxat notuz
est secundum eandem naturaliter appe
tatur. Quinimmo secundum eandem qđ
cupimus consequemur. Rationabile enim
est: vt per eandem facultatem attingamus
in consequendo: per quā in cognoscendo
attingimus: t volendo. Ut eidem natura
lis sit terminus motionis: cui naturalis ē
motio. Ergo qui per cognitionem: t vo
luntatem sempiternam vitam attingit nō
video: cur per vitam non attingat: cuius
quidem vite virtute temporalia superan
te tam intelligentia: quam voluntas que
inde dependent: vltra temporanea sese cō
ferunt ad eterna. Preterea cum nō sit fru
stra desiderium naturale consequens est: b
vt hominis animus esse perpetuum con
sequatur naturaliter exoptatum. Esse in
quam peerpetuū: non in specie tantuz: sed
in substantia propria. Id enim cupit. Me
rito corporalia: qua propagatiōe nascunt:
esse perpetuuz secundum propagationem
affectant. Mens autem esse perpetuū sub
stātie proprie: qz mens queq; in seipsa sub
sistit: sitq; a deo: non iacet in aliquo gene
rationis subiecto: neq; successione produ
cit. Quis aūt secundum naturaz cupit im
possibilia: Nam quis aut volare? aut siccis
pedibus flumina pertransire? Potest qui
dē quādoq; puer aliquis vanus casu quo
dam per sensum cōmotus talium sibi mi
raculorum optare facultatem. Sed neq;
pueri ipsi sepe talia: neq; viri vnquam co
gitant aut cupiunt. Vitam vero sempiter
nam omnes cupimus: atq; semper etiam:
dum non aduertimus cupere. Itaq; non
est huius assecutio impossibilis. Hoc aūt
arbitror summopere aduertendum: quod
vita est naturalior qz scia. Qm vita ē prior
interiorq; t magis prima: substantialisq;
qz scia. Vere igit vite appetitus magis na
turalis est qz scie vere. Vera scia est: que ē
oppositi sui. i. ignorātie vsq; adeo expers: vt
neq; ia hēat illā actu admixtā p fallaciā in
illā p obliuionē vnq; cadere possit. Vera
quoq; vita est: que neq; ſm actū mixta est
mortifere qualitati: neq; ſm vllā pcliuita
tē obnoxia morti. Cum igit vere. i. sempi
terne vite cupiditas multo naturalior sit
quam scientie vere: sequitur: vt longe
magis naturalis: possibilisq; sit sempiter
ne vite quam vere scientie consecutio.
Immo vero cum vita multo magis quā
intelligentia t voluntas cum sempiterna
vita conueniat: si intelligendo atq; volen
do: certe longe magis viuendo vitam cō

sequimur sempiternam. Que quidē: si posterioribus actibus anime. i. intelligentie; voluntatiq; se communicat: nimirum vite iam ipsi: que prior actus est: seipsam prius cōmonicauit. Alioquin nature auctor non tam vehemēter nos ad huius rei auiditatem quottidie raperet: sicut neq; ad alia quevis rapit impossibilia. Diuine enī Zoroaster. οὐγὰρ ἄτω πατρικὸς ἀρχὴς ἀτελεστὶ προχάζει. i. Nihil a paterno principio progreditur aut voluitur imperfectum.

¶ Signum. xj. xij. xiij. xiiij. Quod cupimus quatuor dei virtutes assequi. Ca. vj.

SUnt quatuor quedam alie dei dotes ad virtutes quatuor pertinētes. Quo cauimus nanq; illum prouidum: iustum: fortem: & temperatum. Quis negauerit: deum singula circunspicere? Debitis: naturalibusq; ordinibus gubernare. In suo statu permanere immobilez: dū hec agit: neq; defatigari. Tranquillum esse: suauiterq; singula: & moderate tractare? Hominis animam inspice diuine prudētie emulam. Quam curiose recolit preterita: non priuata solum: vel sua; sed publica omnia: & mundana. Quam impense presentia scitatur? aliena etiam: & externa? Quaz annixe futurus inuiat? Quam diligenter futura anticipat secula? Quod grauius audire potest homo conuitiuz: q̄z si inscius: & improuidus appelletur? Unde fit: vt nemo velit vltro rei: aut artis vllius ignoratiam confiteri. Utpote: qui mōstrante natura: iudicent nullius rei ignorantiam ad hominem pertinere. Sed esse illi rerum omnium ferme perinde ac deo peritiam naturalem.

suscíperet:quo ꝛ materia suscipit corpora lis. Quod enim est corporis forma: nihil absq; sua materia suscipit. Materia vero quicquid suscipit:diuiduo suscipit modo. Unde forme rerum in ea diuise temporales:particulares euadunt. Tales quoq; caperet intellectus. Nunq; igitur per suas formas vniuersalem naturam aliquaz cõprehẽderet. Tertia ratio. Materia formas quas possidet:non agnoscit. Ita mens si iuncta materie per eius consortium eodẽ pacto caperet:quo materia:nihil prorsus agnosceret. Quarta ratio. Impossibile est in corpore infinitam vlla ratione esse virtutem. Mentis autem virtus est quodãmodo infinita. Nec effici vult:vt mẽs nullum habeat cõmertiuz cum materia. Cuz ꝯo multe sit in natura spẽs mentis:vnaz quãdã eius spẽm vult esse humanã mentez:illã. s. que rerũ ordinẽ speculatur in nobis. Quãquidem in cũctis hoibus idez est ꝑm spẽm modus intelligendi:eadẽq; anima specie:per quã vna ꝑm spẽm est in cũctis hoibus vita:eadẽq; figura. Qm̃ vero vna est humana mens specie: vna quoq; sit numero opz. i. vnica ꝛ singularis:nõ diuisa per singulos. Nam forme: que in se vna est specie:nõ secatur in multas:nisi adiectione materie. At quomodo mens humana vna in se existens diuidet in plures. Cum nullius sit materie particeps. Preterea si alius esset in me intellectus: in te alius:oporteret spẽm illã:que est intelligẽdi rei similitudo:aliã ꝑm numeruz in me esse:in te aliã. Secũdum spẽm ꝯo eãdez. Cũ enim rerũ intelligẽdarum spẽs in mẽte sint:quaꝝ subiecto:opz in alijs mentibus alias esse spẽs:ꝛ distinctas. Distinctas inq; numero:sicut mẽtes distincte sunt numero. Spẽs aũt:aut forme:que multe sũt numero:vnum spẽ forme sunt particulares:que ad intelligẽtiaz conferre non possunt:quoniã vniuersale oportz esse: quod sit vere intelligẽdum. Accedit:q; quando alius docet aliũ:preceptor scientiam suaz in discipulũ videtur trãsfundere. Aut igitur eandem oino:quam habebat ipse:tradit discipulo:aut aliam numero specie ꝯo eandem. Si eandem specie tradit:sed numero aliam:eodẽ pacto scientiã generabit: quo suũ opus generare natura solet. Mẽpe quod per naturã agit:formam suam gignit in alio cõuenientem plurimũ specie: numero differentem. Hoc aũt pertinet ad ea:que cõgruunt inuicẽ in materia. Mẽo vero tum docẽtis:tum discentis est supra materiã. Atq; ipsa scientia nõ est qualitas efficax:sicut calor:atq; similia. Restat itaq; vt eandem prorsus scientiam numero: quam possidet ipse:docẽdo cõmunicet ꝛ discipulo:quod fieri nequit vnquam:nisi fit in vtriusq; vnicus intellectus:ne eadem scientie qualitas de subiecto alio in aliud trãseat:ne ve magister docendo sciẽtiã cogatur amittere. Adde:q; in nostris mentibus:si diuerse numero:ꝛ cõuenientes specie fuerint:notiones cognitarum rerũ specie conuenient:differrent numero. Que vero preter diuersitatem suã in specie aliqua congruunt:profecto in cõmuni quadam cõgruũt notione. Cõmunem huiusmodi notionez tam meus intellectus q̃z tuus videbit:ad quam diuersas illas colliget notiões. Sic vtriq; huiusmodi notionem concipiemus. Ego vnam:tu alteraz numero quoq; differẽtes:specie cõgruas. Ideo rursus ad cõmunem aliaz similiter redigemus. Atq; ita in infinitum. Est autem absurdum in rebus ordinatis infinitum progressum indueere. In speciebus vero rerum ordinem esse necessarium est. His rationibus concludit Auerrois: humanam mentem:q; fine materia est': vnicam esse:ac fuisse semper:ꝛ fore. Esse vero hãc omnium mentium infimaz. Et sicut supioribus orbibus singulis singulas mentes attribuit:ita orbi huic inferiori mentẽ vnã:que nõ huius hois proprie:vel illius sed humane spẽi mens appelletur:vt spẽi vnice sit vnicus itellectus. In hoc orbe inferiori (vt nonnulli ipsum interꝓtant) totus vbiq; Constare quippe hũc hominẽ:

quem videmus: existimat ex corpore hoc: & anima sensitiua: vt nominat ipse. Intellectiua vero nequaquam. Sed hanc aiam sensitiuam esse omnium talium animarū perfectissimam in brutis spē differentem. Tot esse animas: quot hominum corpora oriri & occidere cū corporibus. Supremaz huius anime vim appellat virtutem cogitatricem: quam greci nominãt phantasiã. B Addit animis bestiarum habere extimatricem vim aliquam: per quaz naturali instinctu: qđ bonum sibi vel malum sit iudicent: subito ac prosequãtur & fugiant. Nostrani vero animam habere vim illam cogitatricem: que non nature ductu feratur: sed ratione perquirat: consilio quodam deliberet: eligat: vt cõsuluit. Nihil tamẽ sentiat vniuersale: sed discurrat solum per singula. Hanc ideo vocat rationem particularem. Intellectum vero rationem vniuersalem. Rationem hanc particularez locat in media cerebri particula inter imaginationem: atq; memoriam. C Opinatur enim in prima particula sensum esse cõmunem: qui operationes quinq; sensuum in se colligat. In secunda imaginationem earum imaginum conseruatricem: quas communis sensus collegerat. In tertia cogitatricẽ virtutem iudicem eorũ: que seruauit imaginatio. In quarta memoriam: custodez iudiciorum: que cogitatrix potẽtia protulit. Igitur cogitatrix virtus medie partis regina pre ceteris rebus inferioribus est proxima menti: adeo vt mens illi assit vbiq; & intelligentiam suam per eius expleat ministerium: dum simulacra rerum in cogitatrice virtute lucentia mentem ad intelligendum mouent. Atq; hec sola est hominis cum mente communio: non quia intellectus sit pars: aut forma viuifica hominis huius: qui ex corpore & anima cogitatrice componitur. Separatur enim intellectus ab homine & in essentia: & in essendo. Sed quia presens est vbiq; intellectus hois huius cogitationi. Atq; ex hac particulari cogitatione ille vniuersalẽ haurit spẽz Occasionem prebet hõ intellectui ad speculandum. Quemadmodum coloratum lumen oculo ad videndum. Neq; ex homine hoc & mente conficĩ vnum esse: sed operatio vna contingit. Una scilicet intellectio: que tamen non in homine est vllo modo: sed in mente sola: in mente inquaz ab hominis cogitatione pulsata. Neque quicquã ex illa transit in hominem: sed tota complectĩ in mente. Non intelligit hõ pmentem aliquid: sed in homine mẽs intelligit. Atq; in ipa mente artiũ: scientiarũq; sunt habitus. Cogitatrix anima vnĩ puero a prima eius origine. D Deus vo viu postea: cũ simulacra in cogitatione sunt adeo pura: vt moueãt intellectũ. Affirmãt auerroici: duas esse non vires solummodo sed E substantias ex quibus componitur intellectus. Sane vim agentem esse substantiaz vnam capacem vim substantiam alteram. Et illã natura sua lucidam: formatricẽq; esse. Hanc obscuram penitus: atq; formabilem: harum eterna copula vnã constare animam hm esse: quẽadmodum ex materia & forma vnũ secundũ esse fit in natura compositum: Illam intellectũ vocant agẽtem: hanc intellectum formabilem & capacem. Censent iutellectum agentem: qz sit actus per se existens: per se intelligere se/ F ipsum semper: ita vt respiciens essentiam suam se videat: ac per se mẽtes quoq; supnas. Intellectionem huiusmodi esse ipsaz eius essentiã. Cũ vero essentia eius semper est intellectui capaci ꝓiuncta: sequi putant: vt p hanc eandẽ intellectualez essentia intellectus capax intelligat semp agentẽ intellectũ: cuius illamet tam intellectio est: q̃z essentia. Intelligat quin etiaz mentes supiores. Hãc intellectionẽ eẽ in intellectu vniuerso: siue aia actũ vnũ stabilez: & eternũ. Esse quoq; in ipsa pte eius formabili intelligentiã alterã: sempiternã quidẽ sed variã: Temporalẽ: atq; multiplicẽ: q̃z mutuã a nobis. Et qz heret ꝓpius agẽti intellectui q̃z phantasie: ac pp coniunctionẽ cum tali phantasia talem sortitur co

gnitionem: patere putant id qđ diximus paulo ante: vt. ſ. pp coniunctionem cum eterno illo intellectu: eternam intelligentiam habeat: tanto altera clarioꝛē: q̃to intellectui agenti familiarioꝛ eſt q̃ phātaſie. In nobis vero dubiā: mutabilēq; ſcientiā ſingulatim aucupari exiſtimāt: ita vt viuēte pythagoꝛa p ſimulacra reꝛ in pythagoꝛe cogitatione lucentia ſciam illam collegerit pythagoꝛicam. Decedente vero pythagoꝛa: t ceſſantibus illis ſimulacris intellectus ſpecies inde acceptas: ſcientiāq; amiſerit. Nam ſpecies illas a ſimulacris fieri: atq; ſeruari. Quin ēt viuente pythagoꝛa totiens actum ſuū p̄termiſerit intellectus apud pythagoꝛā: quotiens ſuū pythagoꝛe cogitatio. Una acceperit. Una oblitus fuerit: Receperit vna. Feciſſe ſimiliter Platone: t in ſingulis quotidie eodēq; pacto. Imbui vbiq; ac ſemp: varijs modis p varias hoſum animas: t quodāmodo paſci: tot accipere ſpecies: quot in nobis ſimulacra fuerint: tanq; ſpeculū: imagines a coꝛporibus: totidē actus edere intelligendi. Habitus quoq; diuerſos diſciplinarū p̄o humanoꝝ ſtudioꝝ diuerſitate. Et quia quotidie innumerabilis hominū multitudo cognitioni omnium ſtudet: quotidie hinc illuc omnia diſcere. Atq; p ipſas ſpecies hauſtas a ſimulacris noſtris intellectum capacē nō modo inferioꝛa: ſed deniq; tum in cunctis hominibus: tum in hominibus ſapientiſſimis ſeipſum cognoſcere. Hinc agentē intellectū. Inde t mētes ſuperioꝛes. Opinantur in hoc mirabilem rerum connexionem cōſiſtere. Eſſe náq; formas a materia penitus abſolutas: ipſos ſcilicet angelos: inter quos nō ſint plures in vna angelica ſpecie angeli: ſq; quot ſunt angeli: totidem ſint ſpecies angeloꝛum.

A Eſſe iſuper formas penitus coꝛporales in eadem ſpecie plurimas: puta animalium animas t formas illis inferioꝛes. Interponi compoſituꝫ hoc ex homine: atq; ex mēte: ex horuꝫ animabus multis mente vna quaſi monſtrū quoddā ingens multis cruribus: t capite vno compoſituꝫ. Vbi t abſoluta forma cū coꝛporis coit: t coꝛporea cum ipſa vicißim. Atq; vt pars eſt: qđ eſt abſolutum: vn cum pmanet in ſ. ipſo. Qđ eſt coꝛporale: fit multiplex: dum vna mēs innumerabilibus ſufficit animabus. Et illud quidem compoſitum ex mente t vno quoq; noſtrum hominem intellectualem appellant. Sed vnum quēq; noſtruꝫ ſeoꝛſum a mente hominem cogitatiuū. Et primum quidem hominem affirmant aliqđ intelligere: qđ pars eius. i. mens intelligit. Sicut hominem ſolemus ſimū appellare qđ naſus eſt ſimus. Alterum vero hominē nihil penitus intelligere.

¶ Cōfutatio auerrois. Quod mēs ſit forma coꝛporis: patet primum ex oꝛdine nature. Cap. ij.

MAgna fuit olim inter peripateticos de mente hominis p̄troverſia: atq; adhuc ſub iudice lis eſt. Dicearcus eā eſſe formam aiebat tum coꝛporis: tum coꝛporalem. Coꝛporis qđ coꝛpus humanum viuificat. Coꝛporalem: quia e coꝛporis ſinu deꝓmitur. Auerrois cōtra neq; formā coꝛpoream eſſe: neq; etiam coꝛporis. Auicenna theologoꝝ arabum princeps: t algā teles mediam viam ſecuti: mentez aſſeruerunt formam quidem coꝛporis eſſe: nō coꝛporalez: vt inter formas: que coꝛporis: coꝛporales ſunt: atq; formas que neq; coꝛporales ſunt neq; coꝛporis: tanquaz maxime differentes: medie quedam forme ſint: partim cum illis: partim cum his quodāmodo cōgruentes. Merito inter formas omnino diuinas: que ita ſepate a materia ſunt vt coniungi non poſſint: atq; naturales omnino: que ita cōiuncte ſunt: vt neq; ant ſeparari: forme interponuntur medie partim quidem naturales: partim quoq; diuine: ita ſeparate ſunt: vt coniungi poſſint: ita coniuncte: vt valeant ſeparari. Quod quidem earum viribus actionibuſq; oſtenditur: que tali quadam: tum cō

iunctionis:tum separationis inter se differentia distinguntur. Deniq; non abre inter sensum:qui ꝛ in forma corporis est ꝛ indiget instrumento: atque intellectum angelicum:qui est vtriq; liber: intellectus est humanus qui forma quidem corporis est:sed nullo indiget corporis instrumento. Que quidem sententia ꝛ cõmuni hominum iudicio probabilior est:ꝛ libris platonis:Aristotelis:theophrasti:atq; themisty maxime consona. Dicearcum vna cũ epicureis satis iam libris superioribus cõfutauimus Auerroꝫ deincepꝫ p viribus reprobantes:Auicenne ꝛ algantelis interpretationes:immo Platonis aristoteliscq; sniam comprobabimus:Siquidez ex fundamentis:que alias iecimus:ostendemus probabile esse:vt inter formas: que solum viuificando corpori astringuntur: sit forma media:que ꝛ corpus viuificet:ꝛ intelligat. Ut diuini vultus imago non succumbat:vbiq; materie:ꝫ vincat alicubi. Sunt autem forme in corporibus nihil aliud q̃ idearũ imagines diuinarũ:sicut figure: q̃ imprimunt in cera sigilli aurei sunt imagines. Si in omnibus ceris confusa fiat impressio'inertem dices illum: qui impressit tam inepte. Ita mens diuina: que in mouẽda materia est sue similitudinis auida inere forte videbit:si nunquam sui voti compos efficiatur: fiet autem nunquaz nisi forme huiusmodi appareant in corporibus: que ita ferme corporibus imperẽt suis:sicut mundo deus. Atq; ita in se: ac deum per intelligentiam reflectantur: perinde vt deus se vertit in deum. Quippe diuina mens per celorum motum agitando materiam dicitur aliquid: immo omnia generare siue producere:quamuis nõ quamlibet formam: vel permutationem producat vel ex materia ipsa educat. Quoniam vero primus ipse terminus:vnde generatio hec vel p̃ductio vniuersalis summit exordium:diuina ipsa mens est:vltimus quoq; terminus:quo talis generatio clauditur:mens quedam debet esse diuina. Terminus vero generationis vltimus in eo est:quod gignitur: eiusq; est forma. Quo circa aliquam esse oportet diuinam mentem:que sit materie forma. Nam si generatio ab igne facta finitur i ignis formã: facta ab homine in hominis figuram:cur non generatio:vel productio:que a diuina mente disponitur: finiatur in mentem? Non finitur generatio nisi in formaz: que est propria:ꝛ intima generati perfectio. Si ars per instrumenta tribuit tandem materie formam forme illi simillimam: q̃ mẽs artificis continet. Si corporis humani natura in generatione semen mouet: primo ad formam lactis:deinde sanguinis:tertio carnis:deniq; hominis. Si ignis lignum primo ad tepidum mouet: ad calidum. Tertio ad ignitum: quid obstat: quo minus diuina mens moueat mundi materiã ad formas elementorum primum: mixtoꝫ secundo:plantarũ tertio:quarto bruorũ: quinto ad formam sui.i. mentem: que sit corporis geniti forma: vt in nobilissimis natis parentis vultus eluceat. Mouet aũt materiam ad inferiores formas per mutationez ex ipsa materia educendas. Ad mẽtẽ vero p diuinũ actũ potius inducendã. Si.n.educeret:mẽs esse nõ posset. Hoc ãt ad diuinũ ordinez ptinet: vt postq̃ forme superiores aio rõnali:neq; educunt:neq; inducunt:forme vero inferiores ꝛ inducuntur:ꝛ educunt:ipse aius inducat:non educat. Ac si tãti pretij est forma mihi: vt vim actionẽq; hẽat elementoꝫ. Forma rursus plantaꝫ tã valida: vt agat quicquid agũt inferiores. Itẽq; forma bruoꝫ:quis neget mentẽ habere vim:actũq; formaꝫ inferiorũ:ita vt ipsamet eius essentia:dum intelligit:sentiat quoq; p corpus:ꝛ alat corpus. Profecto cũ natura superior totã vim nature inferioris ꝛ includat:ꝛ superet: idemq; opus effectura sit:qõ fit ab superiori:dum modo instra eadẽ ipsi suppeditent: necesse est mentẽ illã:que intra nos viget:opus alendi ꝛ sentiendi posse peragere non minus q̃ animã cogitatricẽ. Quippe si com

plexionis nostre spiritus sufficiens instrumentum menti est ad intelligẽtie ministerium: quod sentiunt auerroici: multo magis ministrabit substantie mentis ad sensum: & alimoniaz. Et q; natura superfluis non abundat: non inest nobis: nisi anima: forma; vna p̃cipua: sicuti nec corporib⁹ alijs cũ supiores forme iferiores p̃rineant. Dẽtem humanam esse mẽtium oiuz infimaz tum ex eo conijcimus: q; ex ocio migrat in actũ: atq; econuerso: tum ex eo: q; intelligendi occasionem accipit a corporibus. Sic enim corporibus proxima est: q; ex potentia educũtur in actũ propter materiam: atq; mouentur extrinsecus: & occasionem summũt extrinsecus operandi. Si mentium vltima est: ideoq; supremo coiungitur corpori: atq; ob hãc vicinitatem ipsa a corporibus haurit ociũ: motũq; externum: necesse est corpus humanũ compositorum corporũ nobilissimũ: menti cõiunctum: duo rursus a mente suscipe actũ & motũq; interiorem. Actus a forma suscipitur. Ab aia motus iterior. Ergo mẽs infima corporis supremi forma efficit: atq; anima. Quippe sicut materia: que vltim⁹ terminus est corporaliũ est: nõ est corpus aliquod: ita mens humana: que mentium vltimus terminus est: nõ est mens aliqua separata: sed per naturã cõiungit corpori. Et q; sensibus eget ad intellectionis exordium: vt p sensus percipiat corpora: eorũq; quasi hauriat formas: ideo natura instituit: vt tanta esset inter sensuz intellectũq; cognatio: quãta esse pot: quo huiusmodi haustus facillime: & exquisitissime fieret. Nõ pot aũt aut maior eẽ cognatio: aut facilius exquisitusq; id fieri q; si in eadẽ substantia sit: tam mens: q; sensus insit. Et sicut ostrea: que oiuz sensualiũ vltima sunt: ita propinquant arboribus: que omnium sensu carẽtium sunt suprema: vt partiz terre affigant: vt arbores: partiz sensu tactus vtãtur: vt sensualia: sic intellectus humanus infimus inter alios ita cõiungit nature earũ formarum: que inter corporeas supreme sunt: vt partiz formet corpus: vt ille: partiz intelligat: vt mentes superiores. Merito sicut inter ignem & aquam maxime inter se distãtes est aer: inde calens vt ignis: inde humens vt aqua: sic inter angelos: aiasq; brutas longissime differẽtes: rõnalis anima interponit: que & intelligat vt illi: & corpus formet vt ille. Ac si forma: q; mãe ppinquor est: vmbra eius: estq; a mã remotior: vt vegetatiua sensitiue: hec aũt intellectiue: sequit intellectiuã animã per vmbram suã: ideoq; per suũ actũ viuificũ materie iungi. Principale agẽs sequentia mouet agẽtia. Principalis finis reliquos cogit fines. Materia principalis ceteras materias substinet. Principalis itaq; forma reliquas: quo ad fieri pót: formas formar. Cum igit in rebus naturalibus mẽs forma sit principalis: opz: vt ipsa formet quodãmodo ceteras formas: omniũq; gerat vicem. Qd nunq; efficiet: nisi formet materiaz antea per formas inferiores congrue pparataz. Atq; illis quasi cessantib⁹: illa in seipsa vires sequẽtium formarũ experiatur. Quinẽt si ea naturalis motus finem suum assequit: atq; talis est in formarum genere ascẽsus: vt gradatim magis: magisq; materiã nitant transcẽdere: neq; transcẽdant alie: necesse est saltez formam naturaliũ vltimam id assequi: ac non modo formare materiam: sed ẽt per aliqd sui materiã prorsus excedere. Qua parte excedit corpus: ac tẽpus: spiritibus: & eternitati intelligendo coniungit. Talem formam platonici tum naturalem: tũ diuinã appellant: q; est naturaliũ formarũ: diuinarum vt confiniũ. Dentes celestiũ corporũ gubernatrices ita sunt distribute: vt vnaquq; vnum primo moueat corpus: & illud qdem intrisecus: & fine medio. Multo magis mẽs humana vnicũ in primis corpus mouere oz: & intrinsecus fine medio agitare: cũ sit vicinior corpori. Unde videt contra nature ordinem esse: vt mens illa sublimis corpori sine medio cõiungat: infima ño p animam cogitatricez. Regrit insup

ordo

ordo nature:vt sit bonum purum:z bonū intellectuale. Intellectus purus:z intellectus animalis. Anima pura:z anima corporalis. Primum deus est. Secūdum angelus. Tertiuz anima rōnalis. Aia ꝙ irrationalis est quartum. Igitur nisi alicubi sit forma partim intellectualis:partim vitifica:ordo nature cōfunditur. Qui in eo cōsistit:vt deus purū bonum sit. Angelus bonū quidem intellectuale sit:sed intellectus purus. Aia rōnalis sit intellectus quidem animalis:sed anima pura: qa ipsa se substinet. Anima irrōnalis sit aia ideo impura:qz eget corporis substentaculo. Sic ergo qz esse in se ātecedit esse in alio:z qō in se est:perfectione sua exuberat quoq; in aliud:factū est:vt sit bonū in se:bonum in mēte. Mens in se:mens in aia. Anima in se:aia in corpore. Sicut corpus summi celi in se. Reliqua ꝙ in ipso. Qō ñ totum aie genus toto genere corporeo prestātius est:debet amplius esse aie genus q̄ corporis. Itaq; infimū aialis generis summum generis corporalis exuperat. Propterea mirū imodū summum generis animalis summū excedit generis corporalis. Quo fit:vt rōnalis aia non mō corporis ꝓfunda ingrediatur alendo:sed ēt sublimia corporis supgrediatur intelligēdo. Merito qz quod excellētius est minus opz ab eo:quod deterius est pēdere:q̄ ecōuerso. Sicut ergo aie infime quāsi cōtinentur a corporibus:z medie quodāmodo cōtinētur:z cōtinēt:ita sublimes oino corpora continent. Nō cōtinēt corpus oino:nisi z intrisecus penetrēt:z extrinsecus ambiant. Et sicut abiēdo corpis supficiē aia vitā intellectualē sūmit ab alto:sic intima corporis penetrādo animalē vitam tribuit infimo. Dum ābit prout a deo est:intellectū sortitur agētem:prout residet in seipsa:capacē possidet intellectū. Dum penetrat:prout spiritibus sese insinuat:sentit:z mouet:prout se imergit humoribus:alit:z substinet. Sed ad vniuersalē rerum ordinē reuertamur:Deum dicere possumus esse formā: G

que neq; heret:neq; formaret:neq; formata. Animam ꝙ irrōnalem cōtra formari:formare:herere. Sed angelū formari quidez a deo:neq; tamen herere materie:neq; formare materiā. Merito ergo inter angelū animāq; irrōnalem:animā ponemus rōnalem tali quadā natura preditā:vt materie non inhereat:formet tamen:z formet. Preterea multū probāda videt distinctio illa platonica in metaphysicis Auicenne: videlicet:in mūdo intelligibili procedendum esse ab intelligibili sūmo ad intellectus multos: tanq; a formatore ad vires inde formabiles. Ac primū ab absoluto illo ad absolutos:qui nullo modo inde declinent. Deinde ad intellectus:qui paulū quid ad sensibilia vergant. i. solum extrinsecus gubernanda:ita vt illis quoq; quasi extrinsecus accidere eiusmodi videat officium. Tertio ad intellectus:qui quantuz in natura intellectuali fieri potest:naturaliter ad sensibilia tam declinēt. i. intrinsecus per vitā:motumq; regenda. Nō enim aliter z sensibilis mūdus cū intelligibili pfecte cōnectitur:z inferiora ad superiorum exemplar pulcherrime:atq; optime dispōnātur. Nunc aūt quartus quidā:licet vmbratilis:sequtur gradus:vt quidā putant: quasi nodus mentiū cū corporibus:vitarum videlicet irrationaliuz spēs. Que vt putāt platonici:tanq; vmbre quedā mentes sequūtur per corpora procedentes. Sz ad diuina iterū reuertamur. Deū quidem esse negat nemo:esse ꝙ ipsum dei nō certa quadā spē determinatur essendi:p; quā fiat esse tale:vel tale. Ne compositus sit deus ex cōmuni natura essendi:z ex aliqua addita differētia. i. essendi proprietate. Igitur esse ipsum absolutum est:nullis limitibus circūscriptum. Quod existit penitus infinitū. Radix imensa oium eorū contētrix:z procreatrix:que tale habēt esse: vel tale. A simplici enim fonte omnis cōpositio manat. Igitur angeli esse habēt:sed q̄ illorū tale esse:vel tale. i. cum hac:aut illa proprietate in alia:atq; alia spē angelo- L

rum. Quapropter esse angeli non est infinitum: sicut esse diuinū. Nō. n. cōtinet amplius totius essendi integrā plenitudinē: neq; oē esse existit. Sed vna quadā rerū spē clauditur: per quā ad vnicum essendi modū determinatur. Par. n. est: vt esse diuinum: quod ideas. i. spēs antecedit: perq; spēs rebus ab ipso manātibus esse diuidit: hoc ipsum esse tradat in spēbus. Ideoq; diuersis spēbus modos eēndi diuersos. Itaq; esse angelicum in angelica spē terminatur. Spēs autem angelica: quā eādē vocamus essentiā: que esse talis est fundamentum: quodāmō est infinita: nō quidē: vt deus: sed q; secum ipsa pmanet: totāq; sue spēi seruat integritatē: neq; quicq; in se accipit vltra speciē: & spēi proprietatē. Cuī nulli inferiori nature propinquet: cuius contagione inficiat. At si essentia hec angelica non differret ab eius esse: infinitum quoq; diceret & esse. Quādoquidē in seipso: & per seipsum subsisteret: esse vero vtrinq; infinitum: ac per se existere: dei solius est proprium. Itē si esse eius ab essentia non differret: cū esse sit actus: certe angelus solus esset actus. Cum ꝯo per potētiaꝫ solā participatio fiat: nullius alterius participet angelus: esseq; vndiq; simplicissimus: quod soli deo congruere potest. Sic deus infinitus est omnino: q; solum esse existit: atq; esse totum: & omne. Angelus finitus est secundum esse: ꝑm essentiā infinitus. Adde & ꝑm virtutem quodammodo: operationemq;. Mullius enim deterioris obstaculo cura sollicitudine impeditur: quo minus totam semper suam virtutem: quātacunq; illa sit: exerceat operādo. Forma corporis: qualis ē anima rationalis: q; incerta quadā existit spē sicut angelus: esse habet ipsa quoq; finitum: essentiam aūt partim infinitā: partim ꝯo finitam. Infinitā quidem: qm̄ nihil vnquam amittit: quod ad spēm suaꝫ ptineat. Eius siquidē natura est actus vitalis: rōnalisq;: quē actuꝫ nec dimittit vnq̄ꝫ: nec intermittit. Finitam ꝯo: quoniam admittit aliqd vltra spēm: siue principia spēi. i. affectionē hanc: aut illam ad talem: vel talem humani corporis habitudinem. Per quā fit forma viuifica corporis: & ad numeruꝫ corporum numeratur. Essentia huius anime: quātum infinita est: corporis capacitatem exuperat: vitamq; agit intellectualem. Quantum ꝯo finita est: proportionemq; habet cum corpore: cunq; ipso corporeā agit vitam. Ibi vis: operatioq; infinita viget: hic contra finita. Forma deniq; corporea vndiq; est finita secundum esse: essentiaꝫ: virtutem: & actionem. Secūdum esse: quia esse eius certe speciei limitibus circūscribitur. Secūduꝫ essentiā: tum q; in se accipit accidentia plurima preter spēm: tuꝫ q; proprium vigorē omnino nō seruat. Nempe eius natura est actus efficax: vel vitalis. Subit aūt in corpore passiones: atq; veritum. Secundū virtutem: & actionem. Quoniā virtus eius augetur: atq; minuitur: & operatio quelibet eo vsq; se extēdit: quousq; instrumentoꝝ: subiectorumq; cō ducunt affectiones. Tales sunt oēs forme anima rōnali inferiores. Oportet hos quatuor rerū gradus i natura existere: vt paulatim ab eo: quod omnino infinituꝫ est: p media mixta ad ea: q̄ omnino finita sunt: descendamus. Que quidē gradatio continuari nō poterit: nisi quēadmodū in mūdo intelligibili infinitū est: ac finitū: vt deꝰ & angelus: ita in mūdo sensibili due sint illorum imagines: aliqd. s. quodāmō infinitum: & aliqd oino finituꝫ: vt rōnalis alia: & forma quevis inferior. Illa quidem forma corporis est: nō corporea. Nec & corporis & corporea. Rursus ꝯo gradibus descendamus. Deus esse possidet a se: in se: atq; pro se. Angelus non a se: quoniaꝫ a deo: sed in se: atq; pro se. Forma corporis: qualis rationalis est anima: neq; a se habet eē: quoniam sit ab alio: neq; pro seipsa tantum esse suum seruat: q; ipsum communicat corpori: esse tamen habet in se: quia suum esse in eiusdem fundatur essentia: sueq; essentie actus est proprius. Sicuti solis anima

ſm platonicos in ſe lucet: ⁊ illuminat ſo-
lem: ita tamen: vt lumen proprium nō amit
tat. Forma vero corporalis eſſe neqz a ſe
neqz pro ſe habet: vt etiam anima. Neqz
rurſus in ſemetipſa. Ita enim eſt materie
dedicata: vt ex ea ⁊ materia tale fiat com-
poſitum: in quo proprie eſſe ipſum funde
tur: ⁊ cuius eſſe ſit actus. Forma autē eius
non ſit ipſius eſſe proprium fundamētuz.
Hoc ordine carere natura non debet. Ca-
reret aūt: niſi eſſet forma quedā corporis:
D non corporea. Huic ſimilis videtur eſſe il
la. Proculi noſtri diſtinctio. Diuinū inqt
intelligibile ipſummet eſt appellandū. In
tellectus autez purus ſuūipſius: atqz in ſe
ipſo. Intellectus deinde animalis tuz ſui
ipſius: qz eſſe ſuū in ſua eſſentia poſſidet:
tum alterius: quoniam ex ipſa ſua rationa
li vita vitā aliam rōne carentē quaſi ima-
ginem diffundit in corpus. Natura poſt
hec. i. vitalis cōplexio quaſi vmbra ꝓpter
vitā ab aia infuſam in corpore iam ipſo re
ſultas vītaxat alterius eſt iudicanda. i. cor
poris: cum quo extēditur: atqz diuiditur.
Corpus veniqz ob cōditionem eius ex ſe
diuerſam: ac penitus diſſipabilem proprie
E alteruz appellatur. Ubi apparet in ipſo re
rum ordine intellectum animalez: ſiue ani
F mam intellectualem medīū obtinere. Si-
milem quodāmodo ordinem Porphyri-
us ex mente Platonis in cōmentarijs in
timeum afferre videtur: in ſex vniuerſuz
gradus ita diſtinguens. Aliqua ſoluz eſſe:
aliqua ſolū fieri: alia eſſe ſimul ⁊ fieri: alia
fieri ſimul ⁊ eſſe probat. Preterea ꝓponit
omnibus aliquid ſupereſſe: ⁊ fieri. Sup-
ponit quoqz oibus aliqd ſub eſſe: atqz fie-
ri collocatum. Eſſe quidē dicit oēm men-
tium latitudinem: ſiue mentes in ſeipſis
ſint: ſiue mētes in alabus. Contra vero fie
ri vult latitudinē ſenſibilium: ſiue elemē-
talia: ſiue celeſtia ſint. Eſſe autem ſimul ⁊
fieri animaz genus. Ac viciſſim fieri: atqz
eſſe ipſam vniuerſi naturā vniuerſum vi-
uificantem: que quidē eorum: que fūt: ſū-
mitas eſt. Atqz quatenus ꝑ corpora diſtri-
buitur: fieri dicitur. Quatenus ꝯro per ſe
minime corporea eſt: dicitur eſſe. Deniqz
omnibus preponit quidem bonum: ſubi-
cit vero materiam. Quot ſum hec? vt in-
telligamus: non poſſe ordinez vniuerſi cō
tinuari: niſi ſint forme itel lectuales ſimul:
corporumqz viuifice. Solis enim his cō-
uenire id poteſt: vt ſemper eſſe ſimul: ſe-
riqz dicantur. Eſſe quidem per ſubſtan-
tiam prorſus indiuiſibilem: ſubitumqz in-
telligentie ipſius intuituz. Fieri vero per
temporalem reliquarum actionuz diſcur-
ſionem. Talem quandam formā eſſe opor
tere ratio hec pythagorica perſuadet. In- G
cubat vt Timeo locrēſi placet deus pater
materie matri formas tanquam proles ge
neraturus. Eſt in patre fecunditas efficax
formarum omnium. Eſt in matre fecun-
ditas capax formarum precipue corpora-
lium. Eſt in patre actus formarum effi-
cax. Eſt in matre potentia formarum ca-
pax. Naſcuntur proles matri ſimiles mul
te forme videlicet: que ex materie fundo
emergunt: ⁊ in idem denique immergun
tur. Sicut vaſis aurei figura ex auro: atqz
in aurum Naſcantur rurſus oportet pro-
les nōnulle patri perſimiles: ſi modo plus
aliquid pater quam mater in hoc valet cō
greſſu. Huiuſmodi erunt forme ex patris
actu exilientes in materie faciez: ⁊ inde in
patris actum reſilientes. Quemadmoduz
ſplendor a ſole in aurum: ⁊ in ſolem. Ille
quidem forme matri ſimiliores prius in
materie viſceribus latent quodammodo:
ſicut figura vaſis in auro: latent ⁊ in ani-
morum: corporumqz mundanorum vir-
tutibus: que ſunt diuini artificis inſtru-
menta: Deus eas per mundi motus ex
materie eruit gremio: ⁊ pro capacitate ma
terie producit in eſſe. Huiuſmodi autem
eſſe cuius eſt proprie? Cōpoſiti illius cor-
poris: quod ex hac generatione confici-
tur. Quare? Quia inſtrumentū: per quod
generantur a Deo: compoſitum eſt. Si er
go ꝓprima cauſa eſt compoſita: ⁊ effectus
ſolet proxime cauſe ſimillimus proueni-

re sequitur vt quod proprie gignit fit id: quod est compositum. Si vero qđ gignit: proprie conuenit esse. Proprium est igit illud esse compositi. Non enim fit a forma: vel materia: sed composito. Accedit q̄ tales forme materie ſm potentiam quodam modo prius herent quā assequantur esse. Atq; in materie gremio pducuntur: ineē eoipso momento: quo completur esse cōpositi. Quoniā vero inherendo ſm virtutem ipsi materie fiunt: accipiuntq; esse: iō adherendo ſm actum eidem materie retinent esse: ac tamdiu sunt: quādiu herent. Non ergo per suum esse sunt: positq; t fiūt: t sunt: t permanent inherendo: sed p esse illius compositi: cuius ipse partes sunt: q̄ve generationis est terminus. Ac merito cum esse non habeant proprium: neq; vis quidem vllam: aut operationem propriaz possident. Tales sunt forme: que matri similiores videtur esse q̄z patri. Que vero sunt patri similiores: quales sunt rationales anime ex actu mero promuntur dei. Ideo subito ad actum perducuntur essendi. Quapropter esse q̄si in se habent prius postea iunguntur materie. Esse habēt anteq̄z hereāt corpori: t ante corpus ordine ipso nature: esse retinent: t post corpus eē habent proprium in seipsis. optionem aliquam habent propriam in se ipsis: corpori non communem. Esse suum quadam ex parte imptiunt corpori: operationes aliq̄s in corpore edunt: atq; per corpus.

¶ Quomodo mens propiquat corpori. Capitulo. Cap. iij.

A Sed quonam modo esse suum imptiunt corpori? Miscēt, ne ipsuz? Anime. Perit enim t confunditur qđ miscetur. An tangunt corpus? Nequaquam.

B Tactus enim duorum est corporum prius. Nunquid clauduntur in eo? Neq; istud. Non enim loco clauditur: nisi corpus. Quid igit agunt he forme in corpus quando ipsi suuz esse communicant? Penetrant ipsum vndiq; essentia sua: virtutem essentie sue dedicant illi. Cum vero absentia ducatur esse: t a virtute profluat operatio: coniungendo essentiam imptiunt esse. Dedicando virtutem operationes cōmunicant. Itaq; vt anime: corporisq; congressu vnum euadat animalis eē operatio vna. Esse quidem hoc anime ipsius est per essentiam: p participationez fit corporis. Non immergit anima esse proprium corpori: sed corpus extollit ad ipsuz. Neq; capit corpus totaz illius essentie amplitudinem: sed attingit aliquid pro natura sua: neq; substinet eam: sed substinetur. C Quo autem pacto forma non extensa molem corporis impleat: plane intelliget quisquis considerabit etiam extensam formaz plurimum ita se ad corpus habere: vt quelibet eius pars eque se ad quamlibet partē materie habeat: atq; vicissim. Itaq; cogitare possumus qualibet huius forme partem in singulis materie portionibus esse: easq; ita formare: vt tota puncto cuilibet adsit. Verum huic forme auferamus extēsionem: atq; interim formandi corporis officium relinquamus. Possumus enim; nā formare: t aliud: t prestantius est quaz extendi. Itaq; si materia extenditur quidē: sed non format. Potest aliqua materie forma formare: ac non extendi. Sic videbimus individuam formam: totamq; simul formare simul materiam totam: t quamlibet, pariter eius partez. D Ac si verum sit pythagoricum illud: videlicet: punctuz motu suo lineam facere: lineam vero superficiem: superficiem deniq; simili motu profundum: facile cogitare poterimus: punctum idem motu suo seipsum totum individuum q̄ per longitudinem: t latitudinez profunditatemq; diffundere. Hinc fit vt vbicunq; dividas: tangas ve reperias punctum. Quod quidem si fit accidens a mole necessario substinebitur. At si substātia fuerit: sicut anima in se subsistens: moli quidem aderit: atq; a mole seiunctuz in se perpetuo permanebit.

¶ Quomodo mens adsit corpori. C. iiij.

E Anima hec tam excellens nunquid materie informi fine medio iungitur. Semp forma perfectior imperfectiores formas inter se continet: quemadmodum quadrangulus triangulum comprehendit. Rationalis anima si intelligendi vim habet omnium prestantissimam: habet etiam sentiendi: alendi: atq; regendi. Ideo in anime rationalis virtute claudit ur alia sensitiua: & nutritiua. Forma quoq; mixtorum vita carentiuz. Accedit materie rationalis anima ijs omnibus predicta formis: per formaz suam: seu virtutez: que mixtorum corporum vita carentium gerit vicē: heret materie informi q̄s proxime. Atq; in ea quatuor elementorum' conflat complexionem: dum partes materie deuincit in vnum: ac temperat elementa. Per formam suam: que plātarum habet viz: heret corpori ex materia & complexione composito. Illiq; elemētorum complexioni tribuit motū in quālibet .oci partē: qui vita vocatur. Per formā animalium proprtam ijs se accomodat: spiritumq; p̄creat sensuū instrumentum. Per formam rationalem reliquis imperat. Itaq; per infimam vim suam est forma materie: per secundam forma est corporis mixti: per tertiam plante: per quartam forma est animalis: imo forma formaruz. Ex quo fit: vt rationalis anima & corpora formet magis: quam relique forme: quia' per plures virtutes formar: & formet purius: q̄ informem materiam per pedem suum tangit cominus: per capur autem eminus prospicit.

F Quemadmodum ignis ex quatuor ca'oris proprij gradibus. Primum gelido ligno infundit. Secundum ligno iam tepido. Tertium ligno per duos iam calido. Quartū tribus illis gradibus insuper addit: per quem fulget superne: sic anime rationalis essentia quatuor quibusdaz refertа gradibus: mixto vitali: sensuali. Intellectiuo: primum materie applicat: secundum adhibet primo. Secundo tertium adijcit. Tertio addit quartum. Ubi tam fm totam essentiam q̄s fm gradus omnes materiam formare videtur. Licet fm essentiam quidem totam formet eodē modo. Secundum vero omnes gradus alio atq; alio. Primus siquidem forma est materie. Secundus est forma mixti corporis. Tertius forma est formevitalis. Quartus est corporalium omnium forma formarū: per tres gradus anima particularis euadit: per quartum remanet absoluta: formarumq; capax absolutarum. Quid miruz: si in hoc eius excellētissimo gradu aliqua apparet vis: operatioq; diuinis perfimilis: quibus ex eo hic gradus fit proximus q̄ fit a materia remotissimus: cum in nō nullis mixtorum corporū formis propter temperationem aliquam celestibus corporibus congruam: vis aliqua; actioq; resultet: aliena quidem ab elementis: quibus illius forme subiectum componitur: cōsentanea vero celestibus: quibus temperatione fit similis. Neq; mirum videri debet: animam: licet sit forma corporis: habere' tamen virtutem aliquam corpori non communem. Quoniam angeli neq; fm essentiam: neq; fm preparationem ad essentiā: ex materia eruuntur. Anime vero irrationales per vtrunq;. Animarum rationaliū q̄ medie sunt: media debet esse conditio. Nequeunt autem ex materia per essentiā pullulare. Quin fm preparationez ex materia pullulent. Quocirca fm preparationem scaturient quidem. Secūdum ꝯo essentiam: minime. Quod si virtus essentiā sequitur: nulla virtus angeli corpori est cō munis. Omnis autem bestiarū virtus est anime simul & corporis: q̄ simul cū essentia trahitur ex materia. Virtus autez anime rationalis in sola eius essentia est: cum ea descendens ex alto: & quoniā huiusmodi anima proportionem corporis superat: neq; est in corpore: sed corpus in ipsa: corpus oēm ipsius virtutē non cōprehendit. Attingit aūt virtutis alicuius non nihil: ppea q̄ aia: que fm preparationez pendet quodāmō ex materia: vsq; adeo afficit cor

G

H

pori: vt interiores vires suas illi accommo
det proportione quadã: perq illud liben/
A ter operetur: atq in illo. Neq absurdum
putari debet: rõnalem substãtiam coniun/
gi materie. Quia non põt aliter ordo na/
ture seruari. Est enim spiritus aliquis a ma
teria separatus: rõnalis: incorruptibilis: q̃
lis est angelus. Est t spiritus coniũctus:
irrationalis: corruptibilis: qualis est ani/
ma bestiarũ. Distant duo hec nimiuz. Nẽ
pe in genere ipsius spiritus sunt: atq inter
se per tres differentias differunt. Quid er
go inter hec medium est? Nõ spũs aliqs
qui solum sit separatus. Talis enim eẽ ne
quit. Quia opz: si separatus est: rationalez
quoq: immortalem q esse: Non spũs ali
quis: qui rõnalis sit tantũ. Opz enim spi
ritum talẽ coniũctum insuper esse: vel se/
paratuz. Non spũs solũ incorruptibilis.
Quoniã necesse est ipsum rõnalem prere/
rea esse. Nõ spũs separatus: rõnalisq tan/
tum. Nẽpe opz ipsum ẽt incorruptibilem
ponere. Nõ spũs separatus: t incorruptibi
lis solũ. Nam si duo hec bz: bz t rationẽ:
q: cum neq sensum exerceat: neq alimen
tum: frustra erit: nisi operationẽ habeat ra
tionis. Nõ spũs cõiunctus: irrõnalisq so/
lum. Talis naq ẽt est mortalis. Nõ spũs
cõiunctus: imortalisq dũtaxat. Qui eniz
cũ angelis cõem bz imortalem vitã: cõmu
nem bz intelligentiã. Non spũs coniun
ctus rõnalis: atq caducus. Quia si cõmu
nem bz cũ angelis intelligentiam: que vi/
te ipsius in seipsam reflexio quedã est: cõ/
munem habet t vitã. Sit ergo opz in cor
pore spũs aliquis medius extremoruz: qui
t rõnalis t incorruptibilis sit. Conueniat
cũ vtrisq: q: spũs est. Differat ab angelo:
q: est coniunctus. Differat a bestia: q: ra/
tionalis. Cõueniat cũ angelo proprie: qa
imortalis. Conueniat proprie cũ bestia: qa
coniunctus. Immo cũ oporteat inter illa
extrema esse medium ab vtrisq quodam
modo eque distãs: t eque particeps vtro/
rumq: necesse est esse spũz aliquẽ: qui par
tim separatus: rõnalis: sempiternus sit: par/
tim ꝯiunctus: irrationalis: atq caducus.
Talis maxime humanus est animus. In
cuius summo tres prime ille conditiones
sunt. In infimo tres sequentes. In medio B
sex omnes mixte inuicem: t muticis: vt
Plato inquit: modulis temperate.

C Quomodo mens insit corpori. Ca. v. C

ATq quonã pacto rationalis aia con/
iungitur corpori: Nõ vt solidũ cor
pus solido. Nã corpora hec solida: que so/
lo tactu ũguntur: neq simul sunt oino:
neq simul agũt: vt aia atq corpus simul
oino sunt: simul t operatur. Proinde oli/
uni absurdissimũ esse videt: aiam efficacis
simam vitalis motionis originem denso:
crassisq corporibus comparare. Que quã
to magis corporee proprietatis dicunt ha
bere: tanto minus naturalis actionis: vi/
talisq motionis possidere videntur. Nẽ/
pe si diuidantur: remanent dissipata: neq
sicuti putiora solent: mox in suam redeũt
vnionem. Contra vero. Que q minimũ
corporee crassitudinis habẽt: dum viden
tur a solidioribus percuti: ictum facillime
vitant: dum penetrari: efficacissime pene
trãt. Dum diuidi: adeo in vnitatẽ suã ve/
lociter reuertũtur: vt discessisse ab ea mi/
nime videãtur. Igitur vt dicebamus: aia
non vt solidum corpus solido iungitur.
Rursus nõ vt aqua vino. Corpora enim
hec mollia mutua mixtione vim priorem D
amittũt: ac desinunt esse qõ erant. Anima
cũ sit incorporea: neq materiã cuz hoc cor
pore cõem habeat: non põt cum corporis
huius qualitate misceri: atq cõfundi. An
forte sicut calor ignis aque? Hoc potius
modo. Calor siquidem nõ est corpus. Jõ
est similior anime. Sz neq id satisfacit no
bis. Nã pars caloris in aque parte est: non
totus in tota. Forsitã vt vox aeri. Vox. n.
forsitan vna: eadẽq tota est in qualibet au
le parte: cũ tota audiat in qualibet. Mo/
uet aures. Nũtiat aliqd intellectui. Quẽ/
admodum aia tota est in qualibet pticula
corporis. Corpus regit simul: atq intelli/
git. Sed nescio qd fragile vox habz: t pas

sioni subiectū. In fractione aeris nascit: leuiq; retruditur aura. Sed habeo interim similius aliquid. Videlicet imaginē coloris in aere ad oculos venientem. Spiritalis hec est. Currit momēto. Attingit proximū. Tota occurrit vbiq;. Veti nō patitur impetū. Pingit aerē. Formar visum. Simile admodū est id quidē. Sz hoc differt. Qđ aerem nō regit: neq; gubernat: sicut alia corpus. Sed ecce: gubernat nauem aliquam gubernator. Et est in naui. Nuz ita z ala se hz ad corpus? Non: qz gubernator nauez non implet: nō adest toti: nō per se mouet solum: sed per gubernaculum. At nūc in gubernaculo hoc inueni animam. Quoniam cum per ipsum nauta regat nauem: ars gubernatoria nō modo in nauta est: sed z tranſit in gubernaculuz. Tota in eo fit toto: regitq; ipsum. Hec ipsa est anima gubernaculi. Sz hec nihil nature sue tribuit substantie gubernaculi: sed agitat solum ipsa quidem extrinsecus agitata. Anima vero aliquid tribuit corpori: z suapte natura mouet. Tolle queso oculos in celū philosophe: celestem queris animam in terra: vel mari. Suspice solis lumen. Vnū hoc: z indiuidū est: vt ita dixerim: in qualibet aeris parte totū. Aerez illuminat: calefacitq;. Ipsum ꝯo nihil summit ab aere: neq; vim alicubi patitur. Neq; vllis sordibus maculatur. Fluitat aer vēris. Manet lumen: vt vult Plotinus. A sole est: momēto trāſit in aerē. A sole iterū nō separatur: reflectitur z in solez. Sine ipso aer mortuus ē: cū sit frigidus: z obscurus: forma qualibet destitutus. Duas hz lumē qualitates: fulgorē: atq; calorem. Fulgorē quidē exercet in aere: non tamē tribuit aeri: caloreq; tribuit. Unde occidente sole: non extinguit: vt Plotinus putat: sz vna cum sole subito totum recedit lumē. Caloris ad multam noctē relige relinquunt. Quasi aer factus fuerit caloris particeps: nō fulgoris. Sed ꝑstet: si placet: fulgorem nō largiat. Et quidē lucis illius qd est aliud q̄z lucere? Sine illa nō lucet aer. Sine aere illa lucet. Siquidē vera est Plotini sententia: lumen non a perspicuo vllo pacto: sed a solo sole continue dependere: ipsum q̄z semper: vtpote: q̄ sit actus qdaz ipsius perpetuus comitari. Sz pergamus ad reliqua. Accedit lux aeri: lucet ibi lux: sicut z ante in seipsa: lucet aer: qui non ante: per se lux illa lucet. Per lucem aer. Nunquid aliud est lucere lucis: z lucere aeris. Neq; quaz: alioquin remaneret fulgidus aer: abeunte luce. Unū igitur ē lucere: quo lucet vtrunq;. Sed luci per essentiaz cōuenit: p participationē conuenit aeri. Unū igitur esse quodāmodo vtriſq; cōpetit. Nec est lumen in aere: quāuis ita vulgo dicat: sed est aer in lumine. Si modo qđ angustius est: passioniq; obnoxiū amplioris: z in patibili ꝓtinetur. Similiter hois anima a deo denutritur in materiā. Et tranſit in eam subito: neq; discedit a deo. Sed vtrunq; simul agit. Regit corpus: atq; ēt veritatem ipsam rerum oium: que est ipse deus: miro quodā: vt disputat Plotinus: mō: attigit per intellectū. Rursus sicut lumen in solē rest ctiſ: sic ipsa in deū per voluntatē: prout semp bonitatē rerum oium appetit: que ipse est deus. Implet corpus sine offensione: vt aerē lumen: totaq; simiſr tori adest: patiente corpore: non patitur: sed sentit: z iudicat passiones. Non fluit: corpore labēte: sed constat. Duas habet: vires precipuas: Judiciariam: z vitalem. Judicium nō tradit corpori: sed ipsa peragit. Vitam corpori mutuat: vel largitur: quatenus vim quandam sue vite imaginariam ipsi communicat. Unde iudicat anima sola: nō corpus. Viuit aūt corpus: z ala. Quapropter anima decedēte. sensus abit protinus: Vestigia ꝯo vite manere videntur ad tēpus. Calor. s. atq; motus. Anime esse viuere ē: qūquidem aie essentia est vita: per quam formaliter viuit corpus. Esse quoq; sanctis nihil aliud est q̄z viuere. Non tn aliud est viuere ipsum aie corpori copulate. Aliud ipsius compositi viuere. Immo sicut p vnam: eandemq; vitā. i. aie essentiaz viuit

vtrunqꝫ sed aia per suam:corpus p alienā: ita vt pleriqꝫ iudicant p vnū dūtaxat vi/
uere vtreqꝫ sunt:dicunqꝫ viuentia: p sūm
A aia corpus per alienum. Atqꝫ vt supra teti
gimus aia nō est :in corpore:qꝫuis ita appa
reat illis:qui corpus videntes quidē aiam
vero non videntes:latere aiam in corpore
tanqꝫ vasculo arbitrent. Qui vero inspi/
ciunt aiam ingredientem corpus intrinse
cus:extrinsecus supgredientem:complectē
temqꝫ:ꝛ substinentem:atqꝫ mouentē pul/
uerem hūc exiguū vndiqꝫ peuldubio cor
pus esse in anima cōfitent. Quis dubitet
eā esse corpe amplioꝛē? Cū parte sui equet
illi quodāmodo.i.vitali potentia parte ex
cedat.i.iudiciaria facultate. Itaqꝫ corpus
tanqꝫ angustius:atqꝫ labile in anima ē am
plioꝛi prorsus:ꝛ stabili pinde vt id qd cōti
net incontinente. Quāuis ergo tota ani/
ma assit corpori: non tm corpus toti adest
B aie:sed pti infime solū.i.vitali. Quod hinc
confirmari vī:qꝫ cuꝫ aia sit virtute longe
maioꝛ corpore:ꝛ a virtute motus:amplifi/
catioqꝫ proueniat:opꝫ aiam non modo to
ti adesse corpori:verum ēt pm presentiam
vt plꝫ Iamblico corpus excedere. Etquia
est indiuisibilis:vbicunqꝫ est:illic est tota.
Corpus aūt sicut nō toti equat ꝑtiti aie:
sic nō equatur toti eius presentie. Id sensit
Plato in timeo:qñ dixit mundi opificem
corpus in aia statuisse. Iterū in libro deci/
mo de repub. Ubi inquit mundi corpus
inter necessitatis genua volui.i.infima ce/
lestis aie pte regi:atqꝫ moueri. In phedro
etiā aias affirmauit supra celū caput extol
lere. Uerū qꝫuis aia ita corpus excedat:nō
tm impossibile cuicqꝫ videri oꝛ: eam vsqꝫ
C adeo ad se materiā trahere:vt vnū reddat
compositū. Cū n. ppꝛium sit formaꝫ per/
ficere:ꝛ sibi deuincire materiam: ꝛ materie
partes inuicem copulare: quo prestantioꝛ
forma est:ꝛ quo magis materie dominatur
eo pfectius hoc efficere potest. Faciūt aūt
id formē quelibet ifime. Quid obstat quo
minus faciāt ꝛ sublimes? Modo id natu
aliter cupiant. Quod si angelice minime
faciunt:id ex eo prouenit:qꝫ nullam proꝛ/
sus inclinationem habent ad speciem ali/
quam animalis sua coniunctione complē
dam. Fieri vero hoc a mentibus platonici
omnes:ꝛ peripatetici veteres voluerunt.
D Nullus.n.illoꝝ repertus est:qui non affir
mauerit sperās celestes esse animis rōnali
bus animatas. Testant id iter platonicos
pre ceteris Plotinus:Porphyrius:Jam
blicus:peculus. Inter peripateticos autez
theophrastus:Auicēna:ꝛ alganteles. Qua
in re proleme⁹ quoqꝫ:ꝛ albumasar:ꝛ Zae/
les:ꝛ manilius:ceteriqꝫ precipui auctoꝛes
astronomie nobiscuꝫ sentire vident. Quā
do videlicet affirmant:celestia corpoꝛa eē
diuinis aiabus:mentibusqꝫ predita:ac tan
quam aialia quedā diuina ipsi deo:omnia
rectoꝛi parere. Neqꝫ id qdem iniuria. Nē
pe cum viderent nōnulla que ad aios pti/
nent:ex stellis prenunciari:nō aliter id fie
ri posse putabāt:qꝫ si stelle animate sint vi
deātqꝫ futuras hoium actiones:suisqꝫ quo
dāmodo nutibus indicēt. Preterea sicut
coꝛpoꝝ illarū radij in corpoꝛa nostra: sic
animoꝝ earundem radij in nostros aios
influant. Omnia vero a causis illis oꝛdina
tissimis oꝛdinata:bonaqꝫ mitti. Posse tm
ex diuersa multarum circa nos causarum
cōmixtiōe:materieqꝫ delectu puerti: adeo
vt mercurialis prudētia i malitiā :martia
magnaminitas i ferocitatē: venerea chari
tas in libidinem cōuertatur. Similiteꝛqꝫ
de ceteris. Quemadmodum ꝛ radij solis
inde quidem blandi mittuntur: sed hic se
pe recipiuntur edaces. Uerū hec iā tanqꝫ
in presentia supuacua dimittamus.

¶ Quod mens sit forma coꝛporis: patet
ex opinionibus: actionibusqꝫ humanis.
Ratio prima:quia homo est animal ratio
nale. Cap. vj.

NOn solum vero reꝛ naturaliū oꝛdo
demonstrat: eandē esse animā: q̄ in
hoie speculaf:ꝛ sentit:vt in supioꝛibus de
clarauimus:veꝛ etiā sapientum sententie: E
atqꝫ operationes humane. Omnes philo
sophantes in hac sententia consenserunt:

hominē esse speciem quandaz rerū: cuius differentia propria: per quam a brutis differat: sit ipsum rationale. Oportet autem differentiam propriam ab intrinseca rei forma semper accipere: nihil enim ab alio differt ꝑm speciem: niſi per naturam interiorem. Non ſummitur autem rationale ab anima ſolum cogitatrice: quia in ea eſt ratio dumtaxat particularis. Homo autem ad commune bonum: decuſqz dictis: factiſqz rationaliter operatur. Eius igitur differentia ab vniuerſali ſummitur ratione. Hec autem in mente eſt. Mens igitur forma illa eſt: per quam quiſquis noſtrum in humana ſpecie collocatur. Si autez fuerit ꝑz eſſe ab homine ſeparata: ex ipſa ꝛ homine: hoc ſpecies vna non fieret. Atqz hō ꝓpter interiorem carnem carneus ꝓprius diceretur: q̄z ꝓpter rōnem exteriorez rōnalis. Neqz dicat Auerroes: hominem eē aliquid cōgregatuz ex animali cogitatiuo: ac mente. Totumqz ipſum propter alteram eius partem rōnale cognominari: ſicut corpus ſimū, q̄ ſimus eſt naſus. Primo. n. naſus corpori continuus eſt: mens aūt cogitationi nequaq̄z. Deinde mens hmōi ſpēs quedam eſt ſeorſum ab animali cogitatiuo ꝛ hoc animal eſt ſpecies per ſe a mēte ſeorſum. Non tranſit aūt de ſpecie in ſpeciem ſeparatam differentie cognomentum. Et ſicut non dr̄ apud Auerroem mens cogitatiua ꝛ ſenſualis ꝓpter cogitatricez aiam cui ꝓpinquat: ſic neqz cogitatrix aīa dicet rationalis: ſiue intellectualis propter mentem. Neqz rurſus tranſibit cognomentuz differentie: in tertiuz aliqd̄: qd̄ ex illis efficiatur. Una enim differentia vnam quandam exigit ſpeciem: atqz contra. Illa vero vnam ſpeciem non conficiunt: quia neqz in vnam eſſentiam: neqz in vnum eſſe cōgrediuntur. Omnino autem: ridiculū eſt hominem accipere differentiam: per quaz eſt homo a mēte vniea: ꝛ ſeparata. Sic. n. ſingule ꝑſone vnus hō erūt: aialia multa. Et natura ſ̄pecie remanebit vniuerſalis: natura generis iaz facta particulari. Neqz minus ridiculum eſt: humanam ſpeciem in eo cumulo collocare. Quia ſicut nō erit ſimpliciter vnuz: ſic nō erit (vt ita loquar) ens ſimpliciter. Neqz ſubſtantialis aliqua rerum ſpecies: ſed contingēs aceruus. Eo maxime q̄ ex duabus rebus: que per ſe ꝑz perfectam ſpeciez actu exiſtunt: nō fit vnū per ſe vez: ſz falſuz vnū: ꝛ id qdē alio vincente. Non. n. in alterius ſe gremiū iacit q̄ p ſe olo exiſtere pōt: neqz admittit nāl̄r intra ſe alteꝝ qd̄ ſibiipſum ſufficit. Immo vero cū res queqz per actus ſuos inuicem diſtinguantur. Ideoqz actus ſit ſeparationis principium: que actu exiſtunt aduerſantur cōiunctioni. Mens vero ꝛ animal actu ſubſiſtunt vtraqz: neque poſſunt ab alio copulari: vt in ſeq̄ntibus oſtendemus

F

Esse autem rationem vniuerſalem in anima: qua ſentimus ꝛ viuimus: propterqz illaz nos rationales cognominari: docet in libro de moribus Ariſtoteles. In primo libro inquit: mentem eſſe in anima: ſicut eſt in oculo viſus. Partes item anime duas eſſe. Ratione carentem: ꝛ rationalez. Primam diſtinguit in duas. In nutritiuā partem: que nunquam obtemperat rationi: ꝛ ſenſitiuam: que quandoqz obtemperat. Alteram pariter diuidit in actiuam: rationem: ꝛ ſpeculatricem. Virtutes moraleꝫ ponit in voluntate ꝛ appetitu rationi obediente. Principia virtutum moraliuz in actiua ratione. Virtutes ſpeculatiuas in ratione ſpeculatrice. Idem facit in ſexto. Vbi etiam aſſerit rationalem vim eſſe humane anime partem. Atqz hanc duo agere ſcilicet cognoſcere: ꝛ gubernare humana per prudentiam: atqz artem. Et naturalia: diuinaqz per ſapientiam contemplari: que intelligentia: ꝛ ſcientia continetur. In problematum libro inquit: nature parens ꝛ auctor omnium inſtrumēta nobis duo inſeruit: quorum opera inſtrumentis extraneis vti valemus. Manū inquā corpori dedit: aio mentem. Eſt. n. mēs quoqz rebus a natura nobis impertitis annumeranda: vicem ſane gerens inſtri. Nec ibi

B

Ratio secunda. Quia homo intelligit

Capitulo. vij.

Aristoteles hoiem esse vult aial ex corpore ac mente compositū. Sigdē in libro primo de motibus statuit de felicitate hois ꝓpria disputare: que in ꝓpria hois operatione ꝓsistat. In decimo operationē hominis ꝓpriā esse inquit intelligētiā: qꝫ sit ꝑm mentē: que magis propria nobis est: qꝫ sensus. Que suprema pe anime sit. Addit nos vel mentē esse: vel maxime mentē: cum tñ constet nos esse compositos. Quasi mens sit forma hois maxime naturalis. In primo libro de anima inquit: potius dicendū esse hominē p intellectualē aiam itelligere: qꝫ ipsam animā intelligere Ubi fatet auerrois: intelligentiaz ꝓpriē sicut z sensum esse totius compositi. Unusquisqꝫ etiam experit in seipso: se aliquid intelligere. Neqꝫ id facit: nisi p intellectum. Nos quoqꝫ in presentia quonaz pacto intellectus natura investigaremus: nisi ipsi nos intelligeremus. Et quoniā intellectu magis pro arbitrio nostro vtimur qꝫ phātasia: que sepe cogit aliū de: familiarior naturaliorqꝫ nobis intellectus est qꝫ phantasia. Si auerroici interrogent: qdnam illud sit: qđ intelligit ꝓpriē: cū dicit aristoteles z auerrois: hoiem ꝓpriē intelligere. Rūdebunt: neqz mentē esse istud. Non.n. apud eos mens est homo: neqz aial cogitatiuuz: qz nō hz intelligendi virtutē. Sed aceruū quendā ex mente z hmōi aiali. Et actionē mentis: que intelligentia est: ipsi toti ideo attribui: qz soleat actio partis sepe ascribi toti. Stultuz id qdem. Primo qz aceruus talis non est in aliqua vna spē: aut genere vno: neqz eā hz vnionē: per quam in vna operatione: qualis intelligentia est conueniat. Deinde qz partis actio tunc toti ascribitur: qñ pars illa vel continuat cum altera in vnā essentiā: sicut hominem videre dicimus: qz videat oculus. Vel inesse vnū ceu cū dicimus ignē calefacere p calefactionē que ꝓuenit a caloze z forma: q talis pe ignis est: vt mām alterā ignis ptē formando ad vnū esse pducat. Vel in vnuz agitationis effectū. Veluti cū dicimus animaz vna cū brachio ensem vibrare: qz motio talis ab anima in ensem p brachiū transeat. Mens aūt apud illos neqz continuat cuz animali in essentiā vnā: neqz in vnum esse vt cōstat neqz ēt in vnū agitatiōis effectū Quia intelligentia nunqz mente egredit. Quo possit alteri ꝑter mentē cōcari: neqz explet per aliqđ instrm. Ex quo fateri cogunt cōtra ducē eorū aristotelē: ꝓpriē dici mentem intelligere. Hominē vero intelligere dici nō posse: nisi impropriē admodū z absurde. Neqz adducant consuetū illud exemplū de celo. Qđ celuz nōnunqz dicat mouere seipsum: qz ps eius altera moueat alterā. Atqz ita homo intelligere: qz pars eius intelligat. Exemplū non consonat. Nam motus a mente celi transit in celuz. Intelligentia vero neqz ab humana mēte transit in aial: neqz ecōuerso: Sed afferēt rursus aliud eque ridiculum. Quod celuz a nōnullis intelligere affirmetur: cum tñ ps eius intelligat sola. Quāuis raro id audiat de celo: qđ itelligat: de homine vero semper: tñ quicunqz illud dixerit falso: ac stulte loquetur: nisi forsan existimet mentē illam cum celo in vnā speciē cōuenire. Proinde quicūqz aiunt omnes homines p vnam mentē: z illā qdez ab hominibus separatam intelligere: nō minus delirant: qꝫ qui dixerint omnes p eundē oculuz ab oibus semotū singula cernere. Deniqz qñ interrogant: quare nos operari dicimur: ex eo qđ separata mens operatur: respondēt: qz licet illa nō sit forma: a qua hēamus: vt simus: ab ea tamen habemus: vt opemur. Que qdem responsio ideo ridicula est: qz idem ꝓbat per idē. Afferunt auerroici actionem quandam: vt putant copulam: inter mentē: z animalis huius phantasiaz: p quaz fiat hō vnus: atqz intelligens. Quia mens spēz per qꝫ intelligit: haurit a simulacro: qđ sibi per sensus formauerit phantasia. Si.n. spēs sit forma mētis: simulacrū vero forma sit phantasie: sequi opinant: vt

quotiens spēs cuꝫ simulacro copulatur totiens ꝛ mens conspiret cum phātasia. Copulari vero totiens: quotiēs dependet species a simulacro. Id vero fieri quotiēs hō aliquid speculatur. Nos huiusmodi copulam sufficere non putamus. Quo eniꝫ pacto potest species intelligibilis esse nodus quo phantasia menti deuinciatur: que talis est: vt quādiu inheret simulacris phantasie: tanquaꝫ in particularibus fundamētis particularis sit: ꝛ a mente seiuncta permaneat. Et cum primum in mente sit facta vniuersalis: iam procul abhīt a phantasie simulacris. Nunqꝫ ergo phantasiā nostram menti spēs alligabit: que non pōt in ambobus simul existere. Actus qdem intelligēdi in sola mente est: qō nemo negat. Mens aūt id intelligere solet: cuius habꝫ spēm ꝛ similitudinem in seipsa. Quare ex hoc ipso: q mens spēm: per q̄ intellectura est aliquid: a phantasie simulacris accipit nullo modo id sequitur: vt phantasia intelligāt quicquā sed potius vt ipsa: aut eius simulacra: aut obiecta intelligantur. Quisquis igitur mentem cuꝫ phātasia cōiungens profitetur se ex his duobus vnuꝫ aliquid intelligens constituere: nihil plus agit: q̄ꝫ vt ex itelligente: ac re extra mentē intellecta intelligens vnū conficiat. Perinde ac si ex visu ꝛ re visa vnum quiddam efficiat videns. Nisi forte quis velit: sicut ex ignis calefaciente: ꝛ aere inde calefacto. Vnum quiddam fit calefaciens: quando ignitus aer calefacit manum: ita ex mente intelligente: ac phātasia vel intellecta: vel quomodocunqꝫ per intelligentiam agitata: vnum edi rursus actum intelligendi: quo ambo ré extra phantasiā posita intelligant. Quod si contingeret: iam mens illa sublimis ꝛ separata vim intellectualē phātasie cōmunicauisset: quemadmodū ignis aeri calorem prius quam actum extrinsecus calefaciendi cōmunicat. Immo etiam magis. Quoniam actus intelligendi semp clauditur intellectu. Neque transmigrat foras: quo fit vt nequeat tradi quicquam intelligentia sine mente. Atqꝫ ita mēs humano corpori inesset tanquam forma: qō in presentia querimus. Quamquam coniunctio illa fieri nequit. Quoniam intelligentia non expletur per instrumentum. Deniqꝫ vt conuincant intelligentiam vniuerso illi aceruo esse communem: cōnexionem talem in medium rursus adducent. vt quando phantasia imaginem reruꝫ aliquam concipit: eadem statim suscipiatur in mente: atqꝫ in phantasia phantasma vocetur: ꝛ particularis appeat: atqꝫ multiplex. In mente vero vocetur intelligibilis species: ꝛ absoluta penitus videatur: ꝛ vna. Cum tamen vna: eademqꝫ forma sit. Que quoniam mentem simul formal: ꝛ phantasiam. Vnum conflat ex vtriusqꝫ compositū quod appellatur homo. Quoniam vero intelligentia speciem intelligibilem sequitur. Species autem est forma compositi: intelligentia proprie composito assignatur. Cuius quidem cōnexionis exemplū ostendent in oculo. In quo spiritus est visuus. Lumen autem per coloris imaginem coloratū visuo spiritui se insinuat. Ac spiritus vicissim penetrat lumen. Ubi coloris imago: q̄ in lumine est: eadē penitus fulget in spū. Ideoqꝫ ex lumine ꝛ spiritu facit vnū. Nos aūt negabimus fieri posse: vt eadem oino forma in subiecto eterno: primoqꝫ suscipiatur simul: ꝛ corruptibili. Nam. n. diuersos habēt modos essendi forme oēs q̄ꝫ diuersa subiecta sunt quibus suscipiunt. Forma igit esse longe diuersum hēbit in mente ꝛ phātasia. Ubi aūt eē duo sunt: multūqꝫ diuersa: duo quoqꝫ ꝛ diuerse admodū forme furit: que sunt essendi principia. Quin ēt si cōcesserimus: eandē in ambobus esse formam: neqꝫ sic quidem intelligentia cōmunis erit. Siquidem ibi solū intelligentia est: vbi ppria: ꝛ intrinseca intelligendi principia sunt. Hec vero sunt duo. Virtus intellectiua: ꝛ intelligibilis species p modum penitus absoluti um. In phantasia vero neque vis intellectiua est: neque modus speciei intelligibilis absolutus. Nihil

igitur nodus ille conducet ad hoc: vt homo intelligat. Sicut neq; imago coloris: licet eadem sit in lumine: atq; in spiritu: efficiet: aut vt lumen: aut cõgregatum ex lumine: ac spũ videat. Solus enim videt spiritus ille visiuus: in quo solo est ꝛ videndi virtus: ꝛ imago coloris ſm visiuum modum. Neq; viterius nobis obiciant cõgregatum illud ideo intelligere: qz phantasia offerat intellectui quecunq; sit intellecturus. Sic enim aial quoddã similiter cõstituetur ex lumine: atq; spiritu: qõ vocabit visiuũ animal: totũq; videre affirmabitur qz lumen spũ offert: quod videat. Respiscant igitur quãdoq; auerroici ꝛ cum Aristotele suo cõsentiant. Illud: quo qd actionem propriã exercet: formam esse eius propriam: spẽciq; effectricẽ. Propriam ꝯo hominis actionẽ esse intelligentiã: per quaz spẽ differat operando a brutorum actionibus. Ideoq; per intellectũ tanq; intimã formam spẽ differre in essendo ab irrõnaliũ aiabus. Nõ ne ex hoc Aristoteles ostẽdit animã esse formã: qp per eam aial viuit ꝛ sentit? Nõ autẽ intelligit: ac dũtaxat per intellectũ. Itaq; in ea qõne: qua principiũ quo intelligimus indagabat: naturã mentis veniq; tradidit dicẽs: intellectiuã animẽ partẽ esse illaz: qua intelligimus. Qd aũt plurali vtit numero: oñdit nõ separatum quiddaz: sed nos proprie intelligere. Atq; in ipsa hois aia intellectũ tum agentem collocat: tum capacẽ. In secũdo libro de aia definitionem omni anime cõez esse hanc inquit. Aia est actus corporis physici: organici: potentia vitã habentis. Siue: aia est principium viuẽdi: sentiendi: ſm locum mouendi: intelligendi. Rursus anima est id: quo viuimus: ꝛ quo sentimus: ac intelligimus primo. Ex his autem duabus descriptionibus cõcludit primã quasi per syllogismũ. Quz ꝯo non debeat syllogismus ex terminis equiuocis fieri: consequens est: vt illa dictio actus idez vbiq; significet. i. actuz corporis naturalẽ: quod ipse statim aperit: quãdo subdit diuisionẽ

A

B

C

subſtantie in materiã: eiusq; formaz: ꝛ qõ ex ijs cõponitur. Dicitq; animã oẽm esse eam formã: que pars altera sit compositi. Iterũ vbi est intelligendi potẽtia: sunt ẽt sentiendi: ꝛ nutriẽdi potẽtie. Ac sicut triãgulus est in quadrangulo: sic anima vegetatiua in sensitiua. Atq; hec in aia intellectiua. Et quãuis intelligendi vim dicat separari. i. distingui: ꝛ separabilem esse ab alijs tanq; perpetuum a caduco: tamẽ dicit insuper: intellectum distingui ab alijs: vel subiecto: vt pisci putabãt: qui rõnem capit: tracũdiam pectori: libidinem iecori tribuere videbãtur. Vel distingui potius ratione quadã: sicut in eadẽ superficie concauum a cõuexo. Preterea laudat eos preceteris: qui hois animã eẽ qdem in corpore: sed tũ corporis aliquid. i. actum talẽ in tali quodã subiecto arbitrarẽtur. Hinc in tertio libro de anima dicit. Cum intellectus non sit a corpore separatus: perscrutandum erit alias: vtrum formas a corpore separatas intelligere possit: Euidentissime autem in libro naturaliũ secundo id apit: vbi vult animã hois esse formã naturalem. Et separatã a materia: atq; coniuncta: Cõiunctã quidem esse dicit: qz terminus sit generationis humane. Separataz ꝯo eam arbitror dicere ppter intelligẽtiã. Hec vero neq; de anima cogitatiua: neq; de vnica mente recte intelligi possunt. In libro etiam duodecimo de diuinis: vbi negat formas materys suis precedere: sequi ꝯo post materiam: eam dũtaxat formam concedit: que sit anima intellectiua: manifeste declarat animam nostram esse formã corporis. Incipere cum corpore: neq; tamen definere. Neq; stelligi verba illa possunt de auerroica mente: que inter mouẽtes causas numerabitur potius quam formales: ꝛ corpus antecedit humanum.

D

Neq; corpori nostro ab ipsa genitura coniungitur. Quod est contra ordinem illum: quo Aristoteles in secundo libro animalium vtitur. Vbi ab ipsa origine nobis adhibet intellectum: licet extrinsecus

descendentē. Theophrastus quoqz t themistius intellectuz ab initio coniungi nobis: atqz esse anime nostre insitum confitētur. Quod si legit apud Aristotelem: qđ genitum est fore corruptioni obnoxium: nihil ad animā: que nō per motuz genita est: sed creata momento. Vnde fit omne: qđ cepit apud Aristotelem corruptibile: dummodo natura sua fit tale: seruet tū semper dei virtute: quod a deo processerit sine medio: qđ totum a Pythagora inventuz est. a Platone probatum. Si fuit semper hominum generatio: extet nunc multitudo animarum innumerabilis: dummodo in eadē specie sint. Species vero infinite esse non possunt. Res autem eas: que t spirituales sunt: t eiusdem speciei esse posse innumerabiles ex eo indicant quiddam peripatetici: q̄ a colore t lumine innumerabiles imagines in aere procreantur. Sunt tamen philosophi nōnulli: qui non semp fuisse generationem hominum arbitrent. Mitto nunc pythagoricum illud generationem. s. sempiternā. Sempiternū quoqz certumqz numerum animarum corpora cōmutantium.

¶ Ratio tertia. Quia hō libere seipsum mouet. Cap. viij.

Platonici: t pipatetici omnes cōsentiunt: hominē mouere seipsuz actionesqz humanas ita disponi: vt homo ipse qui operatur suarum operationum sit dominus. Agere antez rationaliter certo modo ratiocinando antecz exequat. Accipere primum vniuersalem regulam. Deinde subiungere opinionem particularem. Tertio inferre cōclusionem hoc pacto. Omne bonum eligendum. Cibus ille bonus est. Igitur ille cibus est eligendus. Prima argumentationis huiusmodi pars solius est mentis. Secunda potest esse etiam phantasie. Tertiaqz similiter Et sicut in sola mēte est vniuersalis regula iudicandi boni: ita in ea sola vniuersalis appetendi boni voluntas: Ji phantasia non potest eē: nisi particularis opinio: appetitioqz particularis. Quando affirmant hominem libere mouere seipsum: non solam mentem accipiūt in qua mouere est ad opera potius quam moueri. Non solum animal: in quo mouere est: t cogi ad opus potius cz libere ducere: sed ābo simul accipiunt. Quod si ambo simul speciem quandaz t personā vnā humanam efficiunt: mens erit forma viuifica corporis. Sin minus nusquam reperietur aliquid: quod libere moueat semet ipsum: sed mens quedam animali propinqua animal coget ad motum: sicut violentia lapidi immissa a iacente lapidem pellit in altum. Atqz ita confictum erit libertatis nomen: sicut persona hominis est conficta. Omnino autem posita vna: vt vult Auerrois mente: quicqd ad qsita rūderis aut absurdū erit: aut nobis qdē q̄ueniens: auerroi aūt minime. Siue. n. mēs illa mouet nos natura: certe continue: similiterqz mouebit: sicut intelligentia celum. Nā sic illam nobis sicut celo intelligentiaz adhibent: siue voluntate: aut per illā coget nos atqz ita liberi nunqz erimus. Nihilqz erit in ordine rerum: qđ libere moueatur: aut persuadebit. Quo admisso: queraz quonā pacto ego. s. animal cogitatiuum persuasionem illam percipio: ad quā non aliter possum: quam per intelligentiam peruenire. Atqz sic apparebit intelligentiam mihi priam esse. Presertim cuz oporteat: si libere moueor: eandem substantiam esse: que persuadeat: moueatqz: t que persuadeat: atqz moueatur. Alioquin libertatis nomē erit inane: Sed rursus ad idē diuerso quodam tramite procedamus. Cum comperum habeamus: viuum hoc corpus a mēte moueri sepissime in illis presertim operationibus: que precedente consilio ordinatissimis modis ad finem rationalem conducunt potius quam corporeū querimus vtrū mens per naturalez coniunctionem substātie sue ad substātiā corpis ipsuz moueat: an solūmodo per imperiū. Non vr p imperiū solū id facere. Quia nō aliter hoc faciet cz psuadēdo: aut p̄cipiēdo phātasie:

vt ipsa membra corporis moueat. Atq; ipsa mouebit: si modo consenserit. Nunc autez sepenumero intellectus agitat corpus contra phantasie: sensusq; affectum: appetitu sensuum reluctante. Mouet itaq; mẽbra per naturalẽ quandã substantie sue coniũctionẽ: ac per esse potius q̃ imperiũ. Vnde ũ plerũq; contra phãtasie inclinationem ipsa phantasia minime psuasa mentem fistit membra: tum mouet: id q; facit intrinsecus: et eodez ordine: quo solet phãtasia mouere: quis non videat: tunc quasi cessare ab opere animã illam cogitatiuam atq; esse superfluam? Cũ mẽs opera illius vsurpet. Mentẽ vero per modũ naturalis forme mouere? Sigdem natura est intrinsecum motus: statusq; principium. Et cum pariat motũ in membris externum: multo magis parere poterit motũ intrinsecum in humoribus: q facilius agitantur. Humores aũt agitando qualitates eorum ad nutritionis opera temperabit. Rursus quanto magis vibrare poterit spiritus qui aura vel leuissima cõmouent. Duz intrinsecus spiritũ temperabit: sensuz exercebit in spiritu. Quid igitur opus est nobis geminis animabus: intellectuali: et cogitatrice? Cum vna sufficiat. Nec minus possit mens et intelligere: et sentire q̃z cogitatiua sentire et alere: Immo et alere põt mens: postquam vegetatrix non alere soluz põt: sed elementoz quoq; motus actionesq; pagere. Est pfecto in nobis vis aliqua: que esse ipsum: siue ens: et rõnem ipsam pside-
rat cõmunioni quodã pceptu q̃z sit sensibile: vel insensibile: ac põt p arbitrio aliqd intelligibile ad sensibile aliqd: imo singula et cuncta intelligibilia: ad singula: et cuncta sensibilia comparare. Quo fit: vt eadẽ vis
A hec oia noscat. Cũ vero sensus insensibilia non attingat: neq; percipiat quicq; cõius vniuerso sensibiliũ gñe: et phantasia ignoret vtia: vis illa sola mẽs erit. Igit in substantia mentis vis erit oium sensibiliuz discretiua sicut in phantasia. Que certe poterit phantasia quedã excellẽs: sensusq; intellectualis cognominari. Ubi sentiendi vis est: sit et sentiendi actus: modo nõ desit spiritus: in quo siue passiones corporis exprimant: siue imagines qualitatũ effulgeant. Spũs aũt lucidus subest menti sufficiens ad officium sentiendi. Ideoq; excellẽs illa phantasia: que in mentis substantia est: infusa spiritui cerebri cogitat: infusa oculorũ spiritui videt: dum ex vno fonte multas effundit vires. Nempe ũ apud Auerroem phantasia corporea substantie intellectuali ministerium prebet ad actuz intelligendi: cur non ẽt apud nos spiritus: qui phãtasiam corporeã cõmittat: eidem mentis substantie seruiat ad exequendũ phantasie illius actũ: que cõmittat intelligentiaz? Ac si membra terrestria corporis motũ a mente suscipiunt: atq; ad exteriora transmittũt qd obstat: quominus ignei spiritus p mẽtis presentiã illustrati imagines corporum obcurrentes mentis offerant phantasie.
Quiobrẽ in eadẽ mentis substantia vis intelligendi: sentiendi: nutriendiq; locatur. In qua ẽt tota vis consistit libere opandi: atq; mouendi. Quando.n. aliqd per rõnẽ B
acturi sumus necessario antecedit i nobis ratiocinatio illa: quaz supra descripsimus. Que si sparsa p multas substantias quasi psonas fuerit nõ exibit in actuz. Oportet enim oẽm effectũ ad vnã cãm principalez reducere: in qua tota agendi facultas: et rõ colligat. Actionis aũt humane rõ in illa ratiocinatione consistit. Tota ergo in mẽtis natura concluditur. Que quidem natura sufficiens erit humane actionis principiũ tum q; in ea tota ratiocinatio est: tum qa illi etiam soli corporis obediunt membra. Oculus: lingua: manus: pedes: tam facile tam cito: tam assidue singulos pene mẽtis nutus percipiunt: et secunt: vt incredibile sit mentem non esse p̃priã hoz formam familiaremq; rectricem.

¶ Ratio quarta: q; vires aie se viciss tũ impediunt: tũ mouent. Cap. vj.

QUotiens nã vna hñs dissimiles vires agẽdi in actũ p nius nimis intẽ- C

dif ab alterius actu ferme desistit. Ideo cō uiue acute audire lyraz simul z epulas gustare vix possunt. Qđ si intentissima degustatio nō impediret aditū has vires duas: non vnius substantie: sed duarum esse affirmaremus substantiarū. Actus autē alēdi z sentiendi intentissimi humanā intelligentiā impediunt: atqz hec illos. Quod significat intellectuz esse ipsius eius eiusdē nostre anime vim: cuius est nutriendi virtus z sentiendi. Rñdebunt ad hec Auerrois sectatores: sensum z phantasiaz duas esse aie nostre virtus: atqz ideo se inuicem impedire. Actu vero phantasie pp nimiaz sensuū intentionē remisso debilitari insup mentis actū: nō qz mens in eadem sit aia: qua phantasia: vel sensus: sed qz ad creandas z videndas spēs mens phantasie indiget ministerio Quāqz nō ptinet ad auerroicos dicere: phantasiā pp intentionem sensuum remitti: qui putant phantasiā eē motū factū a sensibus. Neqz ēt verisimile est phantasiā studio nutriēdi multū debilitari: tamen dimittemus nūc alimoniam: atqz sensum. Phantasiā vero accipiamus z mentē. Ego certe hoc expior in me ipso intenta nimiū phantasia: remitti humanā intelligentiā: vel rōnem: atqz contra. Adeo vt vacet mens: sive rō plurimū: qñ nimis impat phantasia: ēt si sana: z sobria phantasia: atqz ecōuerso. Quemadmodū z sensus ēt si sanus fuerit: qñ attentius circa externa versat: distrahit phantasiā: atqz contrā. Rursus qñ in somniātibus: ebrijs: iratis: amantibus: amentibus: z frenēticis phantasia tota animi attentione suas in se volutat imagines: nōne omne mentis humane: vel rationis iudicium consopitur. Quando autem in contēplantibus ratio diuinis considerandis ardentē figit intuitum. An non silet maxime phāsia? Et siquid interpellat: tacere statim a rōne iubetur? Neqz permittitur: aut affectibus efferri nimium: aut per consuetas ambages latius euagari. Quie ergo negabit mētem z phantasiā eiusdē aie vires esse: cum sua se vicissim intentione debilitent. Ceterum concedamus auerroicis tantam esse motionis vicissitudinē iter mentē: z phāsiam: quanta est inter cōem sensum: atqz particularem. Et sicut imago rei in oculo lucens: inde in sensum relucet cōem: similiterqz z actus videndi ab oculo in cēem redundat sensum: ita a phantasia tum simulacra: tum actus in mentē continuo refulgere. Quāqz mihi vī ēt maior esse vicissitudo inter mentē phantasiā: qz inter interiorem sensum: atqz exteriorē. Quia a mēte in phantasiam: tā simulacra qz actus reuerberant. Ab interiore autez: cōiqz sensu in oculū qūo id fiat: nō plane video: neqz ipsi declarant Quod si z hoc qñdoqz fieri in somniantibus asserant. Esto. Inueniam rursus aliud: in quo illarum vicissitudo horum vicissitudinem supet. Quippe inter mentem: z phantasiam non spēs: actusqz tantum: verū etiam affectus habitusqz mutua fit cōmutatio. Que iter hūc z illum fit: nunquā. Cum igitur menti ad phantasiam multo maior cognatio sit: copulaqz insolubilior qz sensui cōi ad aliuz: z tamen sensus hic: z ille in eadem anima sint: cur non mens quoqz: z phantasia in anima sint eadem? Cur mens eterna vsqz adeo erga temporalem phantasiam ferme semper afficitur: vt cōsequatur ipsi: z blandiatur. Ac dolente illa: sive gaudente condoleat (vt ita dixerim) z congaudeat: nisi eiusdem nature: z substantie fundamentum vtriusque subijciatur. Quonam pacto vis phantasie finita vim mentis quodammodo infinitam sepe comitatur agēdo: vt quousqz illa speculatur: eo vsque hec ipsa cogitet: nisi substantia eadē equet vtraque. Nunquam fit inter aliqua duo subita: facilis: integra commutatio qualitatum: nisi communis illis materia subsit. Quapropter neque intellectus taz facile fieret vnquam phantasticus: aut phāsia intellectualis euaderet. Neqz ille irrationalis efficeretur aliquādo: aut ila rōnalis: nisi cōmune subesset vtriusqz subiectū

Sicut enim rota altera mouet alteraz:ga eidem machine inituntur:sic duo illi appetitus rónalis.s.z irrónalis sese mouent vicissim facillime tam impetu q̄z iudicio: ga in eadem aie substátia sunt. Hinc Aristotelicum illud in libro de anima tertio. A Quemadmodum spera mouet speraz:sic concupiscentia voluntatem. Non potest autem cócupiscentia voluntaté mouere: nisi fit aut quasi spera superior trahés inferiorē:quod nemo vnq̄z dixerit:aut spera eidem artificio:cui z mens connexa.

¶ Quinta ratio. Quia separata mēs nō indiget phantasia. Capitulo.x.

B Mentis natura apud Auerroem nō habet esse cómune cuz corpore nō esse proprium illi cómunicat. Non hz inde originē:neq; fm essentiam:neq; fm preparationem ad existendum. Non cóficit cum ipso spēm aliquam:neq; fm numerū corporum numeratur. Itaq; sicut hz eēndi modum ab hoc aiali penitus separatū: sic cognitionis moduz habebit prorsus a corpore segregatuz. Quapropter nulla ratio est:que eā cogat spēs a phantasie simulacris haurire:atq; temporali:mobiliq; discursu ad ipsam rerū presertim eternaruz scientiam indigere. Profecto erit supernis mentibus q̄z simillima:z illis multo propinquior:q̄z corporū qualitatibus. Igitur illas:earūq; more itelliget magis q̄z istas. Quod est contra ducē Auerrois Aristotelem:qui hāc mentem scribit nihil absq; simulacris intelligere. Simulacra ēo corporum sunt:nō mentium. Omnino autē cum prima:familiariaq; humani intellectus obiecta sint cōes ipse naturalium nature;rōnesq; coniuncte quidē corporibus sed a corporibus separabiles:licz nobis ex proportione quadā potentie ad obiectum argumētari:talem esse hois intellectū:vt z coniunctus sit:z possit a corpore separari. Et q̄ coniūctus est:idcirco pene semp ad simulacra se conuertat. Profecto ga cōiunctus est:ideo se ad cōiuncta conuertit. Et q̄ modo separabilis est coniunctus: iō modo separabili se conuertit. i. abstrahēdo: atq; separando. Mentes vo:que nō solū separabiles:verum ēt separate sunt:z separabili modo:z separata pariter intuentur. Proinde:vt summatim dicā:nihil mihi magis videtur humane mentis naturam esse mediā demōstrare: q̄z naturalis eius inclinatio ad vtrunq;. Siue enim per intellectum:vel incipiat a corporibus:mox inde se ad incorporea transfert:v ad incorporeis interdū exordiatur:vicissi ad corporum simulacra labit. Siue per voluntatem:vel optet eterna:interim inde témporalium affectu defletitur:vel contra cupiat temporalia vicissim inde sepe eternorum reuerētia cohibetur. Sed ad questionem iam auerroicā reuertamur. Respondebūt C auerroici:hūc intellectū mentes quidē supernas intelligere absq; simulacris phantasie. Naturas corporuz minime. Nos ad hec inferemus. In mētibus illis esse spēs corporum incorporeas:per quas de corporibus iudicāt. Propterea si itellectus hic eas intelligit:ab eis accipit corporū cognitionem. Nihil ergo opus est:vt a corporibus eam accipiat. Tum illi:intellectū hūc asserent in finum esse in seipso subsistere: ac nobis herere. Quātuz in se subsistit:cōparari ad mentes superiores:vt pspicuuz: vitreumq; corpus ad lucem:easq; perspicere. Quātum nobis adheret:haurire species a simulacris:z corporalia intelligere. Nos ad hec primū quidem dicemus: superuacuum id esse:vt intellectus:q semp inspicit corpora in corporuz causis:eadem quoq; semper videat in simulacris. Et q̄ habet in eternitate:quotidie mutuetur a tēpore. Deinde:nō ga nobis adheret:a simulacris accipit spēs:sed q̄ illas hinc capit:adheret. Ut enim arbitratur Auerrois D ex eo solū nobis ꝓiungitur intellectus: q̄ spēbus formatur a nobis acceptis. Ergo cōsiderandus est intellectus prius quasi ꝑparatus per quādam potētiam ad huiusmodi spēs capiendas:q̄z nobis adhereat. Non igitur per hoc:q̄ heret nobis:est ad

huiusmodi

huiusmodi species preparatus: nisi forsitan opinetur: ipsum herere nobis quantuz ad nature spectat propinquitatē. i. intellectus illius naturam esse gradu quodam nostre anime proximaz. Si ita sit: nihil amplius consequetur: q̄z vt mens huiusmodi nostraz animā moueat atq; formet. Dignior enim gradus quando propinquat inferiori: non accipit ab eo: sed tribuit. Spera lune speram mouet ignis: non mouetur ab illa. Cur ergo mens hec scientiam mutuatur ab anima potius quam mutuet? Nēpe si superior est: z tanto prestantior: quanto arbitratur Auerrois: debet ipsa quidez per se sapere solum. Anima ꝯo per ipsam. Presertim cum eodem modo mens hec coniuncta sit corpori: quo z mens celestis est celo: vt vult Auerrois. Quapropter sicut illa nihil capit a celo ita hec nihil a corpore. Neq; nobis obiciant auerroici: sicut celeste corpus suis formis plenum est: sic eius mentem suis esse plenam. Nostrā ꝯo nouas semp formas accipere: sicut corpus nostrum formas suas cōtinue variat. Obiectio hec nihil efficit. Ea siquidem artificis actio moduni summit ab instrumentis: que per instrumēta transfigitur: sicut sectio: z similia. Ea ꝯo: que in sola mēte artificis manet: vt disponendi operis cōsultatio modū ab instrumētis non accipit. Quare nō decet dare modū intelligētie ex ipso corpore: per qd intelligētia non expletur. Interrogabimus deinceps Auerroem: nunqd mens: dum in nobis intelligit: pficior fiat: an impficior: an neutrū. Si neutrū: inanis erit perpetua hec agitatio: nihil operādo proficiens. Immo nec operabitur quidē. Nam ad indifferentez terminū nō fit motus. Si perfectior: eterne mētis perfectio semp a similacris tēporalibus dependebit. Semp id: qd est impfectum id: qd pfectius est: pficiet. Presertiz cū non aliter velint moueri ac formari eā a phantasia nostra q̄z a corpore speculum. Sin impfectior: quomodo semp mouet ad impfectū? Quo appetitu assidue nitit ad defectū? Et quod imbecillius est: quavi semper inficit: quod prestantius? Nonne Auerrois ipse: vbi de mentibus disputat separatis: inquit eas cum per suam essentiam eterna cognoscant: tēporalia nulla cognoscere. Alioquin: vt ingt ipse: z vt suo vtar verbo: vilescerent. Si ita est: sequitur: vt ex Auerrois sententia: tēporalis cognitio ibi defectū afferat: vbi cognitio est eterna. Cū igitur intellectus humanus (qd ipse asserit) semper eterna cognoscat: nō modo frustra dicitur intelligere tēporalia: quoniā hic perfectior nō euadat: sed ēt q; fiat hinc imperfectior. Ego certe impfectiorē fore mentem illā eternorū speculatricē in nobis ob eaz cām arbitror: q; semper hic falsis illudit imaginibus: curisq; turbat. Atq; hanc eius intelligentiaz in rerum natura supuacuā esse: q; cōferat nihil: nec vllius finis gratia sit instituta. Alis quidē nostris quid tribuit sui? Mōne particularem rōcinationem humanis aius natura hz sua? perq; illam: vt putat Auerrois: instruit mentez? Immo sepe illudit: z turbat? Uniuersalē ꝯo discursum neq; ex se hz: neq; capit a mente. Nō eniz est ea par vniuersaliū: eternarūq; rōnum particularis aius: z mortalis. Si n. eas caperet: intelligeret sane: atq; intellectus esset: z sempiternus. Nihil igitur confert nostris aiis huiusmodi copula: nisi forte cōducere putas nobis ex eo mentis presentiam: q; nos cōtra naturā nostrani trahit nutos: z falsis implicat fabulis: dū fallaci spe diuinorum priuat nos presentiū bonoꝝ iocunditate. Sed neq; mēti prodest: vt diximus. Que cū diuina sit: nō est ad hūc homunez tanq; ad finē referēda: hoiem inquā ab illius esse seiūctū. Rursus cū per suaz essentiā supernas rerū videat cās: in ḡbus causa oēs medie: z effectus q̄libet cōtinētur. Jōq; in illis: perq; illas perspiciat corporalia oia: nihil nostris eget phantasijs: z sensibus ad corpalia discernenda. Presertim q; inest illi ſm Auerroem agens ille intellectus: qui cum in eterno sit actu: p quem

natura intelligibilem singulis potest sensibilibus commodare: potest & magis: & paucis capacem intellectum eodem intellectuali splendore replere. Atq; in eo tuz species supernarum rerum sibi ingenitas capaci offerre: tum per efficacissimam virtutem sui vniuersales species illas in conceptus particulares deducere. Nã si potest ex particularibus contingẽtibus vniuersalia, fingere: potest etiam ex vniuersalibus vel innatis: vel inspectis diuinitus particularia queq; concipere. Præsertim cum essentia sit capace superior. Atq; munus hoc iam ab euo semper expleuerit. Neq; rursus dicendum est tum mentem tum animal perpetuo compositum ex vtriusq; coniungi. Non enim ita iunguntur: vt vere vnum ex vtriusq; conficiatur. Neq; decet partes veras ad falsum totum referre quasi finẽ. Fortasse dicent conferre copulam illaz ad mundi decus: & ornamentum. Ego vero non puto mundum superfluo hoc ornari figmento: immo portento: quod vnicum habet caput: & illud quidem: licet diuinuz sit: tamen camelcontis instar colores variat pro obiectorum varietate. Crura insuper habet innumerabilia. Caput manet. Crura semper amputantur: rursusq; repullulant. Neq; tolerabimus eos: si dixerit: mõstrum hoc ad rerum tum superiorum: tuz inferiorum connexionem cõducere. Quo enim pacto connecter cetera: quod ipsum in se non modo nõ est vnum quiddaz: sed neq; cõnexionem suscipit aliquam aliũde. Vnam quandam formam esse oportet in mundo: que superiores formas nectat inferioribus. Nam forme: vnitatisq; officiũ est connectere. Atq; in ea congredi oportet formarum omniuz proprietates: ita vt forme, superiores remittantur quodãmodo: atq; ad inferiores deijciantur. Inferiores autem intendantur: extollanturq; ad superes. In illo autem auerroico monstro nec forma inuenitur vna cõmunis: nec extrema inuicem in se cõmigrant: sed dum singula: quod suum est: seruant: remanent dissipata. Deniq; si intellectum esse dicãt vbiq; sub luna: frustra ibi ponent: vbi nulli vnquam sunt homines: vtputa in summo aere: inauigabili equore: terraq; inhabitabili. Vbi enim nihil intellectus vnquã proficit: neq; mouet quicquam. Peripatetici vero diuinas mentes nusq; designãt: nisi vbi accomodate regunt aliquid: atq; mouent. Quod si dixerint illic illum esse cõstitutum: vbi sunt homines: duo statim sequentur absurda. Primum: q; totus erit in duobus hominibus longissimo inter se intervallo distantibus: neq; tamen erit in medio: quod natura non patitur. Alterũq; motis hominibus: ipse quoq; mouebitur. Mouebitur tamen vel per se: vel per accidens substantiam illaz: que neq; corpus sit: neq; forma propria corporis peripatetica secta nõ solet admittere. Proinde qua ratione tam diuina mens homunculum oberrantem: rarissimeq; mente vtentem quasi pedisequa passiz comitetur: quis explicabit? Nunquid naturali necessitate? At vero superior est: & hoc neq; ad esse neq; ad bene esse summ indigere videtur. Sed neq; violentia: neq; consilio licet fingere. Neq; licet afferre: q; ideo mouetur moto homine: quia naturaliter humane speciei accomodatur. Non enim aliter illum huic accomodant: qz a celo mentem. Quam tamen vna cum celo moueri non putant. Postremo: si dixerint mentẽ: moto homine: nõ moueri: fateri cõpellentur: tum mentem q̃q; procul ab hoie: tuz hominem procul a mentis presentia viuere.

¶ Ratio sexta. Quia intellectus vterq; est virtus in anima. Capitulo. xj.

Quod autem intellectum agentem: atq; capacẽ duas esse affirmãt essentias: ex qbus vnũ esse intellectualis eie cõstituitur. Id quidẽ superfluũ: & absurduz. Superfluuz: qz vna essentia sufficiat viribus duabus instructa: ita vt per vnã efficiat spẽs: per alterã capiat. Sicut & phantasia intentiones quasdam ex imaginibus haurit: & haustas ipsamet recipit. Et ocu-

li animalium: que nocte vident: in eadem essentia vires geminas possidet. ℙer vnã imagine colorum eliciunt. ℙer alteram capiunt. Ipsum quoq; lumẽ colores quosdam in nubibus: aut aqua: ⁊ facit: ⁊ suscipit. Quo aũt pacto in eadem essentia duplex fundatur potẽtia effectrix: ⁊ susceptiua? Ex diuersis videlicet principijs: siue relationibus. Sane lumẽ prout a sole est: colores facit: prout quasi in seipso est extra solem: suscipit. Ira ⁊ anima quantuz ex deo est actu purissimo: vim sortitur ad species fabricandas. Quantum ꝙ in seipsa est infra deuz: cadit quasi passiua: ac species suscipiendo formatur. Quo fit: vt figmentũ illud auerroicum sit superfluum. Est ⁊ absurdum. Quoniam ex duabus essentijs: que actu vtreq; existunt: esse vnum substãtiale non constituitur. Duo nanq; existendi actus: duo sunt esse: non vnum. Intellectum agentem apud illos esse actu substantiam quandaz: positq; agit aliquid: nõ est dubium: neq; nos contra pugnamus. Quod autẽ adiungũt: capacem quoq; intellectum esse substãtiã alterã: ac talem: vt mera potentia sit: nõ aliter q̃ materia prima: non probamus. Vlaz si mẽs capax pura potentia sit a materia prima non distinguetur. Et vbicũq; materia erit: erit intelligentia: ira vt ⁊ lapides ipsi intelligant. Certũ quidem est materiaz primã esse meram potẽtiam. Non pót aũt mera potẽtia in natura esse nisi vna: sicut neq; merus actus nisi vnus: atq; econuerso. Si. n. quecunq; in potẽtia esse dicunt: p vnã rõnez cõez talia sunt. Et quecũq; actu: similiter necessariũ est ad vnicũ potentiarũ fontẽ: ⁊ vnicum actuũ peruenire. Iterũ si prima: ⁊ cõis in rebus distinctio: cõpositio ve illa est: que per potentiam fit: ⁊ actuz. Atq; ex vno nõ fiunt multa: nisi per ordinẽ quendam aliox ad alia. Et ex multis similiter nõ fit vnũ: nisi p huiusmodi ordinẽ: i quo aliud ad aliud tanq; potẽtia refert ad actũ segtur: vt multitudo in rebus ab ipsa potẽtie: actusq; cõmixtione sũmat exordiũ. Quo fit: vt neq; merus actus: neq; mera potẽtia multiplex esse valeat. ℙosteq; neq; potẽtia nisi per actus mixtionem: neq; actus nisi per mixtionẽ potentie subit numerum. Ex qbus cõficitur: vt mẽs pura potẽtia esse nõ possit. Ac si dicatur mẽtez quoq; simplicẽ potẽtiam esse non minus q̃ materia sit: ⁊ ab ea nihilominus discrepare: scisciteabimur: qua rõne a materia differat. ℙlane nõ quãtum potẽtia est: tũ ga in hoc ipso cõueniunt: tum ga ꝑ potẽtiaz ꝑfuso regnat: ⁊ cahos: distictio fit p actũ. Eldicietur igit̃ menti aliquid vltra potentiam: p qd̃ differat a potẽtia materie: ⁊ id quidẽ aliqs actus erit. Atq; hic actus: si mentis gremio fit infusus: efficiet: vt mẽs non sit mera potentia: posteq; actum habz admixtum. Sin incũbat extrinsecus: non prius efficiet: vt mens a potentia materie differat: quãtum illa potẽtia est: q̃ p actũ propriũ agendo in mentẽ: actum aliquem menti intimũ tribuat: per quez a potentia pura inquãtum potentia discrepet. Talis enim discrepantia non fit nisi per actũ, aliquent: inquãtuz est actus. Atq; ita rursus mens non erit potẽtia pura. Fingẽt auerroici: mentẽ ideo differre a materia: quoniam mens aliũ actuz respicit. s. absolutũ: ⁊ vniuersalem. Aliũ ꝙ materia. s. concretum: atq; particularẽ. Quasi ꝙ ipsi respectus nõ actus alig sint. ℙlẽpe si respectus mentis nõ sit aliud q̃ ipsa mentis potentia: differentiam nõ adhibebit. Sin aliud fuerit: erit actus. ℙreterea si mens ac materia prius sunt quam respiciant formas susciendas: ⁊ vt sunt in seipsis ita respiciunt: certe ex eo: q̃ diuerse inter se sunt: diuersos actus respiciunt: non econuerso. Neq; putandum est: mentẽ respicere actũ perfectiorem quam materia ipsa respiciat: nisi ex eo: q̃ mẽs est illa perfectior. Si ita est: longius discedit a nihilo: ⁊ propinquius ad actum accedit summum. Unde est omnis perfectio. Nõ igitur sola potentia est. ℙroinde si materia inter actuz: atq; nihilum tenet medium: ⁊ quod in-

fra eam considerat: non est vsquam: quod super eā actus extitit: aut actu. Querimus vbi locemus mentis essentiam. Profecto si ipsa est aliquid: infra materiam non locabitur. Aut forte in eodem perfectionis gradu: quo ꝛ materia constituet? Nequaquā. Nihil.n. prestātius susciperet ꝯ materia. Accedit ꝙ sicut ea: q̄ p ꝯtitatē sunt equalia: per eā sunt ꝛ vnuꝫ: ita que inter se ꝑm pfectionem equalia sunt: perfectione sunt vnum. Perfectio in forma est: per formaꝫ speciem. Que ergo perfectione vnuꝫ sunt: sunt vnum forma: ꝛ vnū spēm. Hinc accidit vt due quedam reꝫ species eque perfecte inter se esse non possint. Quare mēs que est alia species: ꝯ materia in eodē perfectionis gradu cū materia nō locabitur. Ergo in gradu prestantiore. Si super materiam ponit: erit actus: aut salez actu. Et tanto magis actu ꝯ forme reliquę naturales. ꝯ to longius ꝯ oēs multis gradibus remota est a materia: ꝛ actui diuino ꝓpinquior. Si actu est: neq; in genere sensibiliū collocat: certe super rerū sensibilium actū: in genere ꝛ in specie intelligibilium: intellectualē ꝑm certam spēm habebit actum: siue intelligibilē. Quinetiā in genere rerū actū habebit vitalē: quo viuificet sensibilia. Quod si dicat ac se habere ad formas intelligibiles: sicut materia se ad sensibiles habet. Exemplū qdem hoc erit vtcunq; poterit verū: non tn coget mētis essentiā esse totius actus expteni. Opinabitur forsan auerroicus aliqs: rationes supiores ita demū se subterfugere: si concesserit: ipsam potentie mere naturam non esse ad extremū punctū coarctatam: sed hīe in se aliq; latitudinē: qua intendat: ꝛ remittat: ita vt eius pfectio nālis in mente sit intensior: in materia vero remissior. Sed neq; sic qdez subterfugere poterit. Sicut.n. merus actus est actus sūmus: sic potentia mera summa potentia. Quod vero in aliquo genere tz summū: id certū (vt ita dixerim) ꝯz limitē: vltra quē genus nō porrigitur: citra quē q̄ est nōdū: est summū: neq; ēt mex-

A

B

B Zoroastri z Mercurio credimus ex aplo demittit ambitu mundi. Atqz: vt illorum sniam ordine referam. Infima mens supremo corpori primū adheret. Neqz heret solūmodo: sed infunditur: quo tanqz medio crassioribus corporibus copulet. Spiritꝰ simplex: imortalisqz non aliter composito mortaliqz corpori: q̄z per corpus simplex z imortale coniungitur. Neqz id quidē iniuria: qm̄ aia p suam essentiā corpori prestat vitam. Essentia eius vita est sempiterna. Sempiterna vita: cui primuz heret: heret in sempiternū. Presertim qm̄ essentia aie imutabilis est. Quo fit vt imutabiliter primū sibi corpus viuificet. Sigdez perpetue vite ppriꝰ actus est viuificatio sempiterna. Tale qddaz opinari poterit aliquis Aristotelem cogitauisse in secundo de generatione animaliū libro. Ubi cum phauisset intellectualem aiam esse a corpore separabilem: ppea qꝺ cū opatione sua nō cōicat opatio corporalis: paulopost subdidit: huic aie conuenire corpus aliqd quod sit a geniture corpore separabile. Ex quo etiā apparet: quod contra auerroem in superioribus querebamus. s. intellectualem aiam esse formam corpus viuificantem. Presertim quia cuum aristoteles ibidem probauisset ex tribus animabus scilicet vegetali: sensuali: intellectuali: hanc solam esse z ab extrinseco: z a corpore separabilem: qa huius tantum operatio per se absqz instrumento possit expleri: subiūxit has omnes scilicet tres animas pariter esse in semine ām potentiam. At vero siquis hec cōsideret diligenter: inueniet non posse potētiaz vllam his esse cōmunem: per quā corpus pari ad tres animas modo impotentia fit nisi facultatē quandam: quā ab intellectuali anima similiter: atqz ab aliis vitam motūqz accipiat. Sed iam ad corpus aie primū redeamus. Hoc vocant magi vehiculum anime: etherеum. s. corpusculum acceptuz ab ethere imortale anīme indumētum: naturali quidem figura retundū pp etheris regionē: sed in humanam effigiez sese transferens: quando corpus humanū ingredit: atqz in priorem se restituens cum egreditur. Quod ob eam cām magi necessarium arbitrantur: quoniam angeli tales sunt: vt z virtute separabiles: z actu separati sint a corporibus. Irrōnales anime neqz virtute separabiles: neqz actu. Ex quo sequitur: rationales animas tanquā medias tales esse debere: vt virtute quidem semp separabiles sint: quia si illis subtrahantur corpora: non peribunt. Actu aūt sint semp cōiūncte: q̄ familiare corpus nanciscunt ex ethere: qd̄ seruent p immortalitatem p priam imortale. Quod Plato currū tum deorū: tum animaz vocat in phedro. Uehiculū in Timeo. Quo vtantur die spectatorum: celesteqz purissimo. Demonum aie minus puro. Nostre quoqz minus ppter terreni corporis mixtionem. Quā ob cām ita precipit Zoroaster. μὴ πνεύμα μολύνῃς μηδὲ βαθύνῃς τὸ ἐπιπεδον. Id est ne fedes spirituz. Neqz in profundum exaugeas quod est planum. Spiritum: planumqz appellat ipsum vehiculum: non q̄ corpus non sit: atqz profundū sed q̄ pp tenuissimam: z splendidam puritatem sit quasi nō corpus. Precipit ergo: ne pp nimiū corpis elementalis affectum cogas ipsum et post hanc vitā sordidum:

C

D

atqz

ait ꝙ graue ſuperſoxe caligine elementalis adiectione. Quã aie vmbrã priſci theologi nuncupauerunt. Neq; tñ volunt: rónalẽ aie partẽ primo herere vehiculo. Sed rõ
E natem ipſam aiam: q; tum ꝛ rónalis eſt: ꝛ comes celeſtium animaꝝ: cedere actũ viuificũ in vehiculũ. Qõ aie idolũ ſepe iaz appellauimus. Quã ſpẽm aie mortalẽ i libro de mundi generatione Plato nuncupat: nõ q; moriatur aliq̃: ſed q; ſubtracto vehiculo rueret: vt quidã putant. Sicut.n. lune ſplendor in nube pmit ex ſeipſo pallorez. Sic aia in corpore celeſti emittit idolum quaſi crinita comaz. Quod euaneſceret: ſi euaneſceret corpus illud: ſicut pallor extinguit nubibus diſſipatis. Quia tñ nũ
F quã vehiculũ ſubtrahetur: Zoroaſter ingt ἔστι καὶ εἴδωλα μέρισ εἶσ τοῦ ὅλου ἀφιέμενα. id: eſt. Eſt idolo quoq; locus in regione perſpicua. Quia ſcilicet cũ vehiculo ſimul ꝛ aia rónali recurret in celum. Plotinus aũt ipſum eẽ putat ſimpliciter immortale: ẽt ſi ipſi vehiculũ ſubtrahat. Si
G militerq; ait ſolis lumen in aere: imo preſens aeri haud extinctũ iri: ẽt ſi aer tollat e medio: Ex ſolo.n. ſole pendere tanq̃ perẽ né ipſius actum. Neq; eſſe paſſionẽ aeris: qualitatẽq; aeri ꝓpriam. Sigdem momẽro adeſt: atq; abeſt: neq; ipſius quicq̃: ſublato ſole: reſtat in aere. Neq; ſolũ adeſt aeri ſed ſimiliter oi pſpicuo: ẽt ſi contrarie iter ſe nature pſpicua ſint: quaſi nõ a certa natura ſubiecti dependeat. Neq; aliquo mõ a pſpicuo: qua rõne pſpicuũ eſt: dependet: Sed tantũ illi adeſt: q; non impeditur illi adeſſe: ſicut adeſſe opaco impediri videt. Sol.n. hunc actũ emittit ſemp: nõ dimittit: non imittit. Sorte vero contingit ſub eſſe qõ capiat: imo qõ cape videat. Actus hic ſolem viciſſim ꝓpetuo comitatur. Similiter ſe hz ꝛ vultus ad ſpeculũ: ꝛ ad corpus aia. Hec Plotinus. Jn eſſe autez idolo huic opinantur phantaſiam quandam irrationalem: atq; confuſam. Senſus preterea tales vt per totum vehiculuz videat pariter: atq; audiatur. Quibus ſenſibus ꝓ
prie homines q̃ pauciſſimi ẽ tantus ꝛ raro. Sentiri vero per illos ſepe concentus celorum mirabiles: voceſq; ꝛ corpora demonũ. Quotiens aliquis ad tempus terreno corpore derelicto ſeſe in corpus ſuum celeſte receperit. Jdeo Tatius Mercury filius cum eſſet paternis ſacris expiationibuſq; purgatus: illico exclamauit: eſſe ſe tunc in corpus immortale tranſlatum: ac intueri mirabilia: ꝛ audire. Quod ꝛ ipſe Mercurius narrat ſibi quoq; pauloante in abſtractione animi contigiſſe. Olympiodorus quoq; platonicus tradit Apollonium theaneũ hac ratiõe ſolitũ ex vrbe roma: que fiebãt in egypto ſpicere. Ad ito q; platonici multi putant: aiam tribus vti vehiculis. Primo qdem in materiali: ꝛ ſimplici. i. celeſti. Secundo materiali: ꝛ ſimplici. i. aereo. Tertio materiali: atq; cõpoſito i. ex elementis quatuor conſtituto. Et primo quidem dare vitam irrationalem: ſed immortalem. Secundo vero vitã irrationalem: ſed longeuam: que videlicet compoſito corpore aliquãdo diſſoluto ad certum tempus ſuperſit in ſimplici corpore. Tertio deniq; vitam ꝛ irrationalem: ꝛ vna cum diſſoluto corpore diſſoluendaz. Preterea in prima vita cõmunicata vehiculo ſenſum eſſe cõmunem: atq; impatibilem. Jn ſecunda patibilem ꝛ cõmunem. i. per vehiculum vniuerſuz ſenſum pariter vniuerſum. Deniq; in tertia ſenſum diuiſum pariter: atq; patibilem.

¶ Qua parte celi aie creant: qua vel deſcẽdunt. Cap. v.

Qua parte celi aie procreantur quãq̃ ſtultũ eſt querere ſitum in his: que ſi tu aliquo non clauduntur. Et ſicut vbicũ q; ſol fulget ibi mittit radius: ſic vbicũq; deus adeſt: mittit animus: delectat tñ cuz antiqs interdũ poetice ludere. Agit alias ingt Timeus apud alias ſtellas a mundi opifice ſeminari: quarum fiãt in vita comites aie. Qõ ita platonici intelligi volunt: vt nõ ſingule aie: ſed aiaꝝ legiões ſingulis ſtellis accomodent. Addit deum alas ſuis

impoſuiſſe vehiculis: ac vniuerſi naturaz: legeſqz fatales edocuiſſe. Quapte celi deſcendunt Cancro precipue: vt aiunt Platonici: vicinſſimqz per capricornum cancro oppoſitum aſcendere putant. Atqz hinc illam hoium: hanc deorum portã appellãt. Nemo vero adeo falli oz: vt deſcẽſuz: aſcẽſum ve hic accipiat ſm ſituz. Sed qz luna cancri dia generationi prima eſt: Saturnus vero diis capricorni remotiſſimus ió per cancrũ .i. lunarẽ: vegetaleqz inſtinctuz deſcẽdere aias dicũt: p capricornũ vero .i. p ſaturnũ: intellectualeqz inſtinctu aſcendere. Saturnũ .n. priſci mentẽ vocãt. Quaſola ſupiora petunt. Accedit ad hec qz capricorni ſaturnicqz ficca virtus: dum ſpũs ad intima contrahit: atqz colligit: ad ptẽplandũ aſſidue prouocat. Lunaris aũt humor ſpargit: atqz dilatat: z aium circa ſenſibilia diſtrahit. In ipſo aũt deſcenſu aius accipit: z a ſaturni numie p ſe: z a ſaturni lumine p corpus etbereũ: atqz idoluz ãmini cula quedã: ſiue incitamenta ad contẽplationẽ aptius exequendã. Ab Jouis numine: atqz lumie filr ad vite ciuilis gubernationẽ: a Marte filr ad magnanimitatẽ pp iniurias ppulſandas: a ſole ad phantaſie: z ſenſuũ claritatẽ: a Venere ad charitatez: a Mercurio ad interptationẽ: atqz eloqntiam: a luna ad generãdũ: z q̃uis inde ſingula dent bona: poſſunt tñ in mixtióe terrena ad malũ degenerare. Deſcẽſus hmõi ita ferme ſubito põt fieri: vt radij deſcenſus a ſole: g q̃uis ſubito demittaf in terrã varijs tñ in ipſo caſu nubium veſtif coloribus. Mõnulli vero putant aias in qualibet ſpera ad certũ tps vitã agere ſpe illi cõuenientẽ. Sortiri .n. a ſpis ſingulis vehicula ppria. Ac tandem poſt multa ſecula ad elemẽta deſcendere. Atqz in igni: z aere demonicã: in terra humanã: bruralẽ ve vitã agere. Itẽ ſi milibus gradibus tandem ad ſuperna redire. Hec illi. Nos aũt ſi oibus que ſcribimus: eatenus aſſumaria nobis: alyſqz volumus: quatenus chriſtianorum theologorum concilio videatur.

¶ Quãdo infundit aia corpori: z quo dñ in corpore viuit ducitur. Cap. vj.

Quãdo infunditur anima corpori? Dozz in aluo mulieris ipſum ſemẽ D
qz a toto viri corpore ante defluxerat: traxeratqz ſecũ formatricẽ vim ab aia viri: p
hanc ipſam vim diebus circiter quinqz z
quadraginta: fic eſt affectuz: vt ſex primis
diebus lac euaſerit. Nouẽ ſequẽtibus ſanguis. Duodecim alyc caro. Decez z octo
reliqo fuerit figuratũ. tũc aia creaf: atqz infundit. Qui aias ante ingreſſuz vixiſſe putãt: eas demonẽ vite ducẽ nãluter elegiſſe
dicunt in ipſo deſcenſus initio prius quã
corpus ingrederent. Alij vero poſtqz electione vti ceperit: eligendo mores interiz
demonẽ vite ducẽ latentur eligere. Sepeẽt eundez demonẽ a pluribus. ligi. Poſſe
.n. aias multas genio vno .i. vno ingenij
duce demone vti. Qui ante eligere opinãtur ex illa potiſſimũ turba demonũ accipere volunt: que eidẽ accomodetur ſtelle:
cui z anima ab ipſo mundi opifice fuerit
aſſignata. Tot .n. eſſe demonũ heroũqz legiones: quot ſtelle ſunt numero. Atqz ex
tali quadã turba illum ſortiri preceteris
qui cum illa electa vita maxime conuenit
z figura celi: que eoipſo electionis deſcenſus momento componit: maximãqz hic
de cauſis in hoiuz ingenijs: fortuniſqz differentiam ꝓuenire qui vero poſt ortũ p:o
aduerſitate morum diuerſos aias adipiſci
genios aiunt: permutari quoqz duces eiuſmõi ꝓcedunt: moribus ꝓmutatis: pluſqz
conſilio tribuere quã vel fato: vel fortune
vñr. Verũ vtrũqz ſit perpetua indigemus
cuſtodia numinũ. Quod qdem plato cuz
in ſympoſio: pythagora: politico: critia di
cat: hic probat in legibus. Videlicet quoniam inter falſa bona: z innumerabilia mala verſamur. Vnde perpetua fallacia: z p
turbatio naſcitur. Ideoqz tanquam oues
mira diuinorum paſtorum cuſtodia semp
egemus. Addit cum nos ꝓpium qdẽ viciũ pdat: ꝓpria vero virtus velut exigua
ſeruare nõ poſſit. Ideo ſola ſupoũ virtu-

tē custodū: quorū virtutis imago quedaz exigua sit: nostra virtus nos posse seruari. Presertim cū sicut alibi dicit: Dernia exponente: malefici demones assidue nos p viribus ad inferiora deprimere queant. Sed alij sunt custodes illi: qui nos eligunt: alij demones: quos nos eligimus.

¶ Qua parte corpis aia ingredit: q̄z egredit: z quo duce ꝓgreditur. Cap. vij.

Anima qua parte corporis ingredit qua egreditur? Anima q̄ est mediū rerū iussu dei: qui est mundi centrū: in pūctum cordis medium: qđ est centrum corporis primum infunditur. Inde per vniuersa sui corporis mēbra se fundit: qñ currum suum naturali iungit calori. Per calorem spiritui corporis. Per hunc spiritū ĩnergi' humoribus. Membris inserit per humores. Deniq̄z per morbum: solutum ijs medijs statim cum suo illo curru se(vt ita dixerim) colligit. Refluitq̄z in cor: vñ primū effluxerat: Cordis extincto calore: qđ ꝓp: iū erat illius vehiculi susceptaculū cor deserit tandē suo illā vehiculo comittāte. Sicut oculo clauso lumē soli: qđ illi influxerat: effluit integrū: suo ipsuz comittāte calore. Atq̄z vt ꝓbat Plotinus nō extinguit: sed solē suū ꝓpetuo sequit. Mirro in presentia: q̄ egredientes aias genij: demonesq̄z sui ad cōem iudicē cēs ducunt. Sed lata sīa: priores abeunt demones: malasq̄z violentus: z malus demon trahit: bonas aūt deus trāquille pducit. Hec i phedōe.

¶ De statu anime pure precipue sm platonicos. Cap. viij.

Vbi naz est aia pura decedens corpe mortuo? Ubi est lumen solis puruz oculo clauso. At lumen in solem reflectit. In etherē quoq̄ reflectit ale currus etherеus: onere terreno depposito. Ad etherem etherē aspirat aia nata quondā in ethere: vt inquit pythagoras. Precipue si viuēdi: z cogitandi habitū ethereis mentibus sīmilē mente conceperit. Ita.n. animus habitu mouetur: z agit: sicut natura formis. Quod qdem ꝓz in his: qui postquā artis habitū cōtraxerunt: sine consilio: z attentiōe vt natura solet: quasi naturaliter opant. Remanere vero in aia separata habitus tuz morū: tū disciplinaz: tuz bonoz: q̄z malos Plato in phedone: gorgiaq̄z asserit: z rō illa ꝓbat: qua dicit: habitum ita in naturaz conuerti: vt talis ab illo: qualis a natura ꝓueniat inclinatio. Quod maxime implet in aia ab hac mutabilitate seiuncta. Sed cur aie quoq̄ elementoruz: earūq̄z currus ad celestē habitationē nō annituntur. Quonā vt platonicoq̄ portus q̄z mea opinionē rīdeam: officiū illis a deo assignatum est: vt ibi sint semp. Anime cedunt voluntati diuine. Currus quoq̄ cedūt desiderio aiarum. Anime ille ex hoc officio prestantius officium non amittunt. Currus orbicularem motum circa suas animas seruant nō impedituz. Et sicut celis naturale est: illic circa suas animas verti: ita hic his vehiculis circa suas. At anima nostra rite functa hic munere sibi ad tempus iniuncto etherie eam plagam sibi preceteris eligit: cui nascendo fuerat assignata. Ad illud confugit astrum: atq̄z numen: vt Plato inquit cui viuendo se simílem reddidit. Sed hec illi viderint. Proinde sicut in terris conderando a singulis ad cōmunes naturaliū spēs: a speciebus ad rōnes diuinas tanquā naturalium cās ꝓcedebat: sic in celo vicissim a rōnibus diuinis. i. ideis ad spēs naturales perfecte ab his ad singula quodammodo se conuertit. Ac quam diligēter hic inspiciebat singula: tā ibi eadē ꝓspicit negligenter. Rursus q̄z obscure diuina prospiciebat: tam perspicue ibi pspicit eadem. Et que hic singulatim p instra in exterīo videbat lumine: illic secundum speciem p se in lumine videt itrinseco. Profecto q̄z tum olim conuertebatur ad sensum: tantum conuertitur tunc ad mentem. Cuius oculo diuinum fulget lumen. Quod qdez z si intrinsecum mentibus dici potest: tamē multo magis ab ipso deo quā infusus oculo radius a sole pendet semp: atq̄z seruatur: plenusq̄z formarum adest: sicuti co-

lorū solis lumen. Formasq; ipsas: & cūcta per formas extenuis ostēdit mentibus: quæ tenuis in ipsum pure: ardenteſq; conuertūtur. Tot vero saltem ꝛps oino cōuerſis patefacit: quot rex spēs facit in mundo. Nō .n. decet minus formare mentē: q̄ mundi materiā. Neq; minus tribuere menti: quā naturaliter appetat: optat aūt ordinez vniuersi cōprehēdere: quo & ipsa comprehēſa est. Quē diuturna tā admiratiōe quēſuit. In quo & ipsa prudentie cuiuſdam ſortit officiū. Singula vero & infima tantuz in lumine pſpicit: ſiue preterita illa fuerint: ſiue preſentia ſiue futura: q̄tū ad illa vel prudentia quadā: vel affectu dirigit. Sane quēadmodū ſenes pueroꝝ ludos: philoſophi ſtudia plebeoꝝ: vigilantes ſomnia dormientiū aut negligūt: aut rident: niſi aliter nōnū q̄ neceſſitas poſtulauerit: ita & multo magis ſegregate mentes noſtra hec ſingula: & pringentia negligunt: niſi q̄tū ab ipſo oium patre: cuius nā prudentia ipſa ita eſt: cuius agere eſt prouidere: cuius officiū eſt oibus prudere: & prudentia illis quē dā fuerit demādata. Tales Plotinus animas: tū ex antiquoꝝ ſnia: tū ex ppria rōne probat curare ſuos: & ſepe publice vaſci-
A nus: ceteriſq; beneficijs generi humano p deſſe. Sed cū harū prudentia voluntati diuine conſentiat: non pturbatione ex rebus noſtris vlla tanguntꝫ: ſed facile hec & tranquille gubernant.

B Sed nequis diffidat aiam ſepataz adtantū poſſe lumen attolli: ppea q; eā in corpe videamus tāta caligine circūfuſaz cōparare platonici iubent intellectū q̄dez viſui intelligibile vero viſibili. Cuius nunquā lucē ipſam in ipſo ſole pleniſſimaz cōprehendit. Illa .n. huius ſemp excedit proportionē. Interdum ēt neq; lumen in colorib⁹ ipeditus cataracta videt. Aliquādo vapore quodam obfuſus vel rubro vt croceo: & obſcure: & aliter quā ſit: iudicat. Alius aūt vel pp cōtractionem ad interiorē imaginationem: externa nō vt aſpicere vel pp diſtractionē ſimul ad obiecta interſe longe diſtantia: vix cernit alterutrum. Ac ſi paulo attentius ad alterū vergit: interiz remiſſius: vel nullo modo vergit ad alterū. Similiter intellectus humanus immenſam ipſam diuini luminis plenitudinē in abſoluta dei natura exuberantez pūq; penitus cōprehēdit. Quippe cū illa nimiū capacitatē mentis exuperet. Preterea idē dei lumen vel in rerū creatarum ideis quaſi determinatū: vel in angelis tā cōtractum clare pſpicere qdē pōt aliqū: videlz cū ferme ita fuerit a corpis pagione ſemotus: vt illa. Elementali vero vt nunc conIunctus corpi quaſi cataracta quadā adeo eius ad illa pportio impeditur: vt ideales rōnes: angelicaſq; ſubſtātias longe admodū a materia ſegregatas oino comprehendere nequeat. Proinde quotiens pro viribus quaſdam earū proprietates excoguat: tot enis: q; phantaſie coniunctus eſt: nimirū phantaſie ſimulacris: quaſi vaporibus: nebuliſq; eas adeo proſpicit inuolutas: vt vel obſcure admodum: vel aliter q̄ ſint: videre cogatur. Poſtremo etiam n. parūp quoad pōt phātaſie diſcutiat nubes: interea tamen q; & ad difficile tegendi corporis miniſterium eſt contractus: & ad ſenſibilium imaginum ob curſuz continue impendētē ſimul. atq; ad intelligibiliū intuitum eſt diſtractus: idcirco ſupernoe influxus vix quidem ſuſpicit: & quaſi nec pſpicit. Atq; (vt platonici opinantur) tanquā per repentinam quandam coruſcationez ſubito vaneſcentem. Quamobrez nemini mirum videri debet: q; hic neq; claritatez diuinorum percipiamus: neq; ſuauitatez ipſam: que illic guſtatur ex illis: ipſi vnq; vel paulum deguſtemue. Nempe mēs ob informez materiam: & a mente: & a diuinis alieniſſimam non aliter q̄ lingua propter pituitam paralitica: diuinorum ſaporū veritatem voluptatemq; guſtare non poteſt. Sed tunc demū ſalutarem nectarei liquoris recipiet guſtum: cuz leiberi fluminis letales humores penitus expurgauerit: atq; inſuper diuinum fontem nō naturali tm

fiti:que ex seipsa molesta est:appetierit:sed et quodã moralis:pieq; sitis habitu ipsuz pre ceteris:imo solũ elegerit appetendus. Quo aũt gustu saporibus his vescat:alibi disputauimus. Huc tendit platonicum illud i phedro:alas:que ex lethea emerserit aqua altius euolare. Z hiq; primo celestem vna cũ duo celestibus:deinde,supercelestẽ cum supcelestibus circuitum agere:eo.s.ordine:vt alie cũ alijs ibi numinibus circũuagentur:circuituscq; hmõi alternis vicibus repetant. Hoc autem nihil aliud sibi vult q̃ solutas ab elemẽtalibus corporibus alas in celestibus iam vehiculis in figuraz ppriam circulare.s.restitutis:celestẽ colere regionem. Atq; alias vna cum stellis:celi coluscq; alijs:quibus vel natura:vel habitu magis familiares sunt:tuz in certa quadã mundi gubernatione congruere:tum per rez species similiter rõne discurrere. Rursus cum dijs supercelestibus idest angelis in ipso idearum intuitu:z quasi quodam circuitu subito cõsentire:z vna cũ vtriscq; feliciter vtrũq; peragere. Addit eisdẽ vna cum superis illic alimẽtis.s.ambrosia:z nectare vesci. Ambrosiam quidẽ esse censet pspicuũ suaueq; veritatis intuitum. Nectar vero excellentẽ:facilimãq; prudentiam. Hic panditur z vetus illud arcanuz a platone in libro de regno preceteris celebratũ, presentẽ mundi circuituz ab oriente ad occidentem esse iouium:atq; fatalem. Uerũ fore quandoq; alterum huic oppositũ sub Saturno ab occidente vicissim ad orientem. In quo sponte nascentur homines:atq; a senio procedent in iuuentutem:alimenta q; illis vltro eterno sub vere ad votũ suppeditabuntur. Iouem vt arbitror animam mundi vocant:cuius lege fatali manifestus hic manifesti mundi ordo disponitur. Preterea vitam animoruz in corporibus elementalibus iouiam esse vult:sensibus:actionibq; deditam. Saturnuz vero suppremum inter angelos intellectuz:cuius radijs illustrentur vltra angelos anime accendanturq;:z ad intellectualem vitam continue pro viribus erigãtur. Que quotiens ad vitam eiusmodi conuertuntur:eatenus sub regno saturnio dicuntur viuere:quatenus intelligentia vigũt. Pro inde in ea vita ideo sponte dicuntur regenerari:q; electio propria in melius reformantur. Rursus in dies reiuuenescere.i. in dies:si modo ibi dies dinumerãtur magis:magisq; florescere. Hoc illud apostoli Pauli. Domo iterior renouatur in dies. Deniq; illis alimenta sponte affatim sub perpetuo vere suppeditari:quia non p sensus:operosamq; disciplinam:sed per lumẽ intimum:sunimaq; cum vite tranquillitate:atq; voluptate miris vitalis ipsius speculis perfruũtur. Eiusmodi vite odor quidem mente pro viribus separata sentitur:sapor vero mente penitus separata gustatur. Addit his i symposio purgatas animas:que diuinam preceteris pulchritudinem amauerunt:tandem in ipsum diuine pulchritudinis pelagus sese prorsus imergere:diuinosq; ibi liquores non tantuz bibere:sed etiam in alios iaz ex seipsis effundere. Summum vero beatitudinis cõclusit in epinomide:vbi ait animum purgatissimum omni tum mutabilitate firmata:tum multiplicitate collecta sese in propriam vnitatem intellectu superiorem omnino conferre:perq; hanc in vnitatem diuinam intelligibili mundo superiorem iã transferre:deoq; potius viuere:q̃ seipso:cui certe mira quadam super intelligentiam ratione sit coniunctus. Nunc vero nodum effici Plato vult diuina quadam luce:que quidẽ non aliter in mente refulgeat:quaz si amore dei prorsus accensa trãsformetur in deũ. Quo fit vt diuinũ amorem in phedro omnibus diuinis furoris gradibus:animiq; bonis longissime ppo fuerit. Hic vero potissimum platonica latent misteria paucis:que subdam a nobis breuiter comprehensa. Nempe segregate mentes cum primum in se conuertuntur perradium naturalez sibiq; proprium:iã quam animalia:que nocte vident:pauca

quedam:ꝛ illa quidem quasi sub nube vi-
dent. Quatenus. l. earuꝫ natura sub deter-
minata specie :rerumq; formulis quasi in-
formibus representat. Deinde vero per ra
diū proprīū in lumen cōe cunctis mentiū
sublimiū spēbus sese conuertentes:iaꝫ per
ipsum quasi p diurnū lumen perspicue cū
cta ab ipso luminis huius auctore creata
conspiciunt. Lucem vero ipsam luminis
huius originē:q̄ nāliter appetūt: : ideoq;
nec frustra desiderant:assequi suspiciēdo
non possunt. Quoniam ꝛ per externum a
deo lumen:quatenus externū est:lucē deo
intimaꝫ oīno penetrare:ꝛ amplissimū dei
angustissimo suo cōprehendere nequeūt.
Sicdem lumen ipsum:q̄uis in deo āplū
tū in mentibus euadit angustū. Uex lucē
ꝫ obscure ꝓspectā : tū ardenter amando
ipsius interim calore penitus accendunt.
Atq; accense:qđ amoris est ꝓpriū:trāsfor-
mant in lucem. Qua detiq; roborate: ob
amorem iā consecunt : qđ p aspectuꝫ vix
eminus sequi potuerant. Ut lux iam ipsa
amore facillime fiāt:q̄ proseq oculis ante
molieb ant. Tanta vis est amoris:tanta fa-
cilitas:tāta felicitas: imo vero(vt rectius
loquar) tāta vis est lucis amate. Deus.n.
amando lucē nō tam sese accendit:ꝛ trans
fert:q̄ a luce blande alliciente: vehemen-
ter petente:penitus penetrante:ꝛ accen
dit ꝛ transferī: ꝛ lucet. Cū vero tota pce-
ptionis:fruitionisq; efficacia:que in sen-
sibus est externis:sit ꝛ multo magis in phā
tasia:rur susq; longe potentior sit in men-
te:expedita ꝓsertim:ac ꝓterea sensibiliuꝫ
rerū:oblectamentoꝝq; rōnes exactissime
sint in deo sequi: vt mens dum expedita
ponit deo summa queq;:ꝛ sinceriſſima om
nīū oblectamenta sen'uū:suo quodam : mi
roq; modo plenissime sentiat. Neq; solum
imaginaria circa deū delectatione q̄si vidē
do:audiēdoq; ꝛ odorādo. Hec.n. implere
nō pōt:sed ēt substātiali quadā gustui: ta-
ctuiq; ꝑsimili voluptate pmulceat. Gustū
vero tactū ve inq̄ nō cōtigui cuiusdā: vt
fit in sensibus:sed penetrātis penitus:atq;
penetrati: penetrati inq̄ a toto īmensoq;
bono:totū secū imēsūq; gaudiū inferente.

¶ Nouem gradus in patria.

PRoinde nouē beatoꝝ gradus nō so A
lū apud christianos:sed ēt apud pla-
tonicos:tū in angelis:tū in aīs disponunt
ob eā:vt arbitror rōnem:q; nouē precipue
modis diuina illic ꝑficit cōtēplatio. Sane
quēadmodū nos ex rerū potentia:ordine:
cōmoditate potentiā:sapientiā:bonitatez
dei:qua possumus sagacitate venamur sic
illi vicissim ex diuina bonitate:potētia: sa
pientia:tanq̄ ex finali efficiente exēplari
cā vniuersi:hec ita fieri in rebus agnoscūt
ea videlicet rōne: vt alij diuinā bonitatez
potissimū in seipsa cōsiderent. Alij ad res
ipsas precipue referant. Alij precipue res
ad ipsam velut ad finē. Singuli tū cuncta
contueant. Sic ergo triplex diuine boni-
tatis implet intuitus:per quez tres primi
beatoꝝ ordines distinguunt. Tribus quoq;
modis fit potētia:totidēq; sapientia cogi
tat. Hinc sex infup ordines beatorū cōnu-
merant. His nouē felicitū gradibus apud B
platonicos:octo celoꝝ plage ac nona sup
celum excogitata regio congrue accomo-
dari videnī. Apud orphicos aūt octo celi:
atq; sub luna etherues ignis. Apud chri
stianos circuli sub empyreo nouē. Quili-
bet.n. ad illaz potissimū regionem habitu
quodā simili:quasi naturali leuitate ferun
tur:cuius habitatoribus angelis sese in vi
ra ꝑcipue similes reddidēr. Similiter
quoq; christiani reprobos alios in nouez re
proboꝝ demonū gradus: qbus se vtiēdo
fecere similes:ipsa similitudine quasi pon-
dere naturali putāt ꝑcipitari. Sed de his
alias: Qđ vero nouem sint in beatitudine
gradus:hec quoq;:vt arbitror:rō compro-
bat. Nempe diuinā potentiam timemus:
sapientiaz querimus:diligimus bonitatē.
Solus qdem bonitatis amor aiam trans-
formatin deū. Idcirco amor absq; inquisi
tione:atq; timore animam patrie reddit.
Contra vero nequaq;. Sed iam gradus
ipsos:qbus in celū ascendit:ordine dispo-

ramus. In primo sint q potissimū bonitatē amāt. Deinde potentiā timent: Postremo sapientiā querūt. In secūdo qui in primis diligunt bonitatez: circa vero reliqua duo se pariter habēt. In tertio q silr erga bonū in primis afficiunt. Deinde sapientiā pscrutant postremo timent potentiaz. In quarto qui circa tria eque se habēt. In quinto qui bonū primo amāt: deinde potentiā extimescunt. In sexto qui silr bonū diligūt: seqnti vero gradu appetunt sapientiā. In septimo q absolute bonū t simplr amant. In octauo quos potētia primū: secūdo bonitas: tertio sapientia mouet. In nono apud quos sapiētia primo: secōdo bonitas: tertio potētia pōt. Differiū eiusmōi in euāgelio ibi significatū arbitror: vbi diuinū oraculum sectatores suos nouies beatos appellat: ppea q nouē gradibus meritoz duce deo celū nouē ad nouē contēplationis ordines beate petunt. Sed ecce iaz beata euangely sancti cōmemoratio nos admonere vr: vt philosophicis dimissis ambagibus: breuiori tramite beatitudinez ea āramus: via qua christiani ducūt theologi: ac Thomas aquinas in primis christiane splendor theologie.

¶ De statu aie pure pcipue sm christianos theologos.

C Rreata mens quelibet respiciēdo vel in suā essentiā que ibi differt ab esse: t in certa spē est a deo infinite distante vel in lumen sibimet pprīū: vel in: qō vis lumen in ea determinatū substantiaz diuinā intelligere nequit. Que cū infinita sit: certe qd ipsa sit: per finitū aliqd repsentari nō pōt. Solū vero p ea q diximus mentes: t deū esse cognoscunt: t qd non sit potius q̄ qd sit: t qua rōne: vel ipse ad alia: vel alia referant ad ipsum. Jd Plato i parmenide pbat. Jdē Dionysius areopagita in mystica theologia cōprobat concludēs: mētes in sūmo nālto cognitiōis gradu cōiungi deo velut ignoto: q̄si oculū sub solis lumine caligāte. In eiusmodi vero cognitione naturale desideriū nō ipleī. Quicqd .n. in spē quadā est implectum: spēi ipsius optat pfectionē. Talis aūt cognitio in ipsa cognitiōis spē implecta censet. Solemus .n. in nullo cognitionis mō gescere priusq̄ qd sit res ipsa fm substantiā cognoscerimus. Deterea rōni naturalis est cōtinua p rōnes discursio: quousq̄ ad summā perueniat rōnē: que qm infinita sit: ideo sola rōnis discursum ex se absq̄ fine frustra peruagaturū sistere possit. Siqdem vltra sint tū quodlibet mēs semp aliqd vlterius machinat. Nō qdem innumeris t lineis: t figuris: pportionibusq̄ appet. Quo fit: vt in sola dei substātia: que sola infinita est: cō gescere valeat. Jdq̄ ide puenire cēsendū: q naturalis tū intelligentie perspicacia: tū voluntatis ardor radius qdam est ab ipsa diuina luce prime per ipsius lumen infusus: in eandēq̄ refulit naturaliter: neq̄ moueri cessat prius q̄ in suū se solē deniq̄ reflituerit. Proinde quo quid naturali est fini ppinquius: eo vehementius aduentat ad finē. Quod in elementoz motibus est manifestum. Segregate vero mentes p naturalem cognitionē ppinquiores deo euadunt: q̄ cōiuncte. Igitur tum nostre naturalis cognitionis sue terminis contēte non sint: certe multo minus ille. Quonia vero nālis spēi cuiuslibz appetitus ab vniuersali natura directus oino inanis esse nō dz: opz mentes oēs posse diuinam videre substantiam: sine qua nihil perfecte vidēt. At cum videre illam in specie aliqua creata non possint: opus tamen sit forma: per quam videant: forma inquaz diuine substantie propria: qua illam non imaginarie sed proprie cernant. Necesse est eas diuine substantie adeo copulari: vt ipsam iam inspiciant per seipsam. Simile quid dam apparet in visu: qui colores quidem per ipsorum imagines sub lumine cernit: lumen vero per aliud pcipue quaz per lumen videre non potest. Sed ne quis absurdum putet: deū intellectui coniungere velut formam: meminisse oportet perfectionez mentis consistere circa verū.

Uerū aūt ⁊ ens: ⁊ intelligibile idē. Quic/quid aūt in hoc ipso genere existentia: atq; esse componit: tanq; ens: verūq; potius: q̄ tanq; esse veritas ve se habet. Neq; po test aliorū in eodem genere esse forma: cuz iam forma in se sua ad suam quasi materiā sit contracta. Itaq; nulla creata mens mē tium reliquarū forma fieri potest: immo so lus deus ad genus mentiū vbiq; se habet: vt forma: qui solus est ipsum esse: ⁊ simpli cissima veritas: vt forma inquam non tan quā pars compositi: sed operādi principiū. Quo mens potius vt deus iā: qui vt mēs operetur. Sicut ignitum aurum vt ignis agit portē: q̄ vt aurū. Quale apocalypsis Joānis iubet emendum.

¶ Quo pacto mēs deo coniungit.

A Ad hoc autem vt mens diuinam in duat substantiam quasi formaz: nō ppria virtute ducit: sed diuina trahit ac/tione. Siquidem natura inferior proprie/tatem: formāq; superioris absq; superioris ipsius actione consequi nequit. Qđ in ele mentis est manifestum in quibus aer non aliter q̄ agente igne ignis euadit. Præte/rea nihil potest ad excellentiorem actionē aliquando perduci: nisi prius in eo virtus corroboretur. Quod si ad consuetaz actio nis speciem: sed tamen aliquanto vehemē tiorem est perducendum: satis vbiq; erit: si modo solita virtus augeat: vtpote si aer q naturaliter vno calefacit gradu: duobus aliquando fit gradibus calefacturus: suffi ciet naturalis sui caloris aliq̄tū intendere qualitatem. Uerumtamen si aer actionem specie: genereq; superiorem sit sibi vendica turus: videlicet si illuminaturus fuerit: q̄ corporis est etherei proprīū: nouaz ab ipso etherē formam iam sortiat oportet. Quor sum hec? vt intelligamus: mentē nō posse ad diuinam substantiam per ipsammet p/spiciendam attolli per solū naturalis virtu tis ⁊ luminis augumentū. Cum eiusmo/di operatio ab ipsa naturali mentis opera/tione plus q̄ genere differat: sed opus eē noua quadam virtute: nouoq; lumine ab

B altiori principio descendente. Quod gdez ⁊ gratie: ⁊ glorie lumen appellant: quo illu minata mens: ⁊ multo magis accensa di/uinam iam substantiam: cuius calor: ⁊ iam feruet induitur velut flammam: flammaz inquam: non qualem in crinita siccus va/por a terra sublatus subit prope ignis spe/ram: q̄uis id admodum simile videatur: immo flammam superceleste lucentem sa lubriter: non ptentem. Negabit forte aliq̄s mentez per qđ vis lumen ad pspiciendū deū posse pduci: q; si nulla est visus ipsius ad sonū proportio. nimirum neq; mentis: neq; luminis a mente susceptī: ideoq; finiti vlla ad immensum deū proportio est. Nos aūt respondebimus: deū q̄uis facul tatem intellectus excedat: non tamen sic alienum esse ab intellectu: sicut sonus est alienus a visu: vel insensibile qddam a sen su. Cuz deus sit: vt christianis placet theo logis: intelligibile pmū: totiusq; intelle/ctualis virtutis: ⁊ actionis principiū: me/diūq; ⁊ finis. Est igit quedam inter intel/lectum: deūq; proportio: non q; sit vlla eō mensuratio: sed habitudo quedaz potius quasi materie intellectualis ad intelligibi/lem formam: ⁊ effectus ad causam. Præte rea lumen illud infusū: ⁊ si terminatū eua dit in mente: ea tamen virtute preditū a deo infunditur: qua eam diuine substantie copulet: nō naturali qdem: sed intellectua li potius copula. Id vero efficere negt ra/dius naturalis: q; iam ab initio totus in susceptientis transiuit naturam per se priuo informem. Unde ⁊ ipse caliginosus euasit ⁊ debilis. Neq; mens cum longe a diuina simplicitate degeneret: totam potest suam per idem sortiri perfectionē. Ideoq; aliud in ea radius est naturalis: per quem quate nus sue conuenit speciei: non nihil intelli git aliud vero lumen infusum diuinitus: quo subleuante ad gradum super se vltra q̄ cogitari possit eminentissimū mirabili ter eleuat. Deniq; infinitas ipsa dei haud priuationem forme significat: qualis infini tas materie cōuenit: cūq; sit inefficax. ⁊ in/

formis: merito cognitioni inepta censet. Sed absolutam significat excellentiaz nullo prorsus subiecto contractam. Hec aũt ceu sol natura sua id habet: vt mirũ in modũ lucendo: atq; illuminãdo maxime omniũ mouere intellectualem visum possit: atque videri. Et qua virtute excedit mentez eadem possit eandem supra vires propias eleuare. Neq; tamen putandum est: mentem essentia diuina formatam: q̃uis qd ipsa sit intelligat: ipsam tamẽ penitus comprehendere. Nam & virtus ipsius terminata est: & lumen in ea determinatũ: & diuinam eũ subit essentiam: non per oẽm diuinitatis virtutẽ inde formaf. Quid ergo? Nũqd partẽ diuine substantie cernit q dem: ptem vero non cernit? Non ita sane dicendũ: siqdem deus diuidi negt. Immo vero putandũ est eam aspicere deũ: haud tamen penitus comprehendere. i. sub tot rationibus: & tanta certitudine: tantaq; p fectione perspicere deũ sub quot & q̃ta sibimet perspectus est deus. Accedit ad hec q non cũcta: q̃ deus & videt: & potest videre deũ potestq; ipsa videre. Videt aũt: pot q; deus infinita: preter illa: q̃ in natura cõstitũt: qd̃ ꝓbauimus alias. Si enim dei substantiam non comprehendit: certe neq; intelligentiam eius: atq; virtutez. Neq; igit cũcta: q̃ & intelligit deus: & potest. Aliqn cũ virtus per ea q̃ pot soleat: extimari: nõ q̃ cũq; videt: potq; penitus comprehẽderet: cõprehenderet pariter videndi: faciendiq; virtutem: atq; substantiam. Quid plura? Quo altior intellectus: eo & plura vel numero: vel ratione intelligere debz. Ex quo consentaneum est: diuinam mentem seipsam vndiq; contuentem tũ plura: tũ pluribus rationibus videre: q̃ videat qlibet intellectus.

¶ Omnes mentiũ species possunt coniũgi deo.

E NEmo vero diffidere dz mentes humanas propterea q̃ in ipso mentiũ genere infime sint: ad ipsam diuine substãtie contemplationem posse perduci. Quã dogdez neq; ipse angelice mẽtes illue virtute q̃dã peruenirũt nãli: sed diuina potius & (vt ita dicam) supernaturali trahunt. Opus aũt q̃ super nãli virtute peragit: pter naturarũ diuersitatem impediri non potest. Quippe cũ immense potentie dei nihil alicubi reluctef. Tã facile diuina potestas totam mouet machinam: q̃z facile minimam mũdi partem. Taz facile curat egrotantem grauiter: q̃z facile leuiter egrotantẽ. Quãobrem q̃ facultate infusa diuinitus mentes altissime: eadez & infime ad sublimia rapiunt. Preterea suppreme mẽtiũ cretaruz immenso quodam adeo spacio distat. Infima vero ab hac: cũ vtraq; finita sit: finito discrepat interuallo. Inter teruallo vero huius ad illud nulla esse proportio iudicat. Qd̃ si finitũ additũ infinito nullã: vt apparet: affert varietatem: qd̃ nã prohibet ipsam dei virtutem: q̃ spacium ad angelũ vsq; subito percurrit imensum: mox inde pusillũ inter angelũ: animamq; complecti. Ut simul tam anima: q̃z angelus rapiat. Deniq; si mentiũ generi: qua ratione mentes sunt: nãlis est instinctus ad sũmũ intelligibile pruidẽdũ: qd̃ in oi intelligibili q̃rendo querũt: & appetũt appetendo: segt: vt tãnaturalis fu instinctus eiusmodi mẽtibus infimis q̃z suppremis. Atq; tam he q̃q; q̃z ille terminũ conseq possint naturaliter exoptatũ. Id aũt nobis appetitio ipsa naturalis ostẽdit: q̃ cuz trahat ad infinitũ: non potest aliũde q̃z ab ipsomet infinito inseri: ac moueri: atq; deniq; terminari. Qd̃ si que a natura mouẽtur inferiora: non frustra mouent: multo minus q̃ a supprema ducunt. Huius qdẽ radius per oẽs esse ordines mentiũ transferens singulas: & illustrat: vt videãt: & accendit: vt ament. Cũ vero ignis: atq; sol lumen latius propagare soleant q̃z calorẽ: ꝓsentaneũ est: quousq; diuini solis radius calefaciendo ptendit: eousq; multomagis posse illuminando ptendi. Ergo mentes hũane sicut inde accense diuinũ quottidie appetũt bonũ: ita & illic diuinũ q̃q; verũ

illuminate cõspiciũt: atq; cõspiciendo vero bono feliciter perfruuntur.

¶ Diuersi in patria gradus: & q; oẽs oia creata vident.

A POssunt aũt alie mẽtes alijs clarius pleniusq; diuinaz substantiã contueri: quatenus lumen ipsum quoad id quasi materie pspicue preparauit: sub diuersis pfectionis gradibus inde suscipiũt: sive pro nature: sive p dispositionis acqste diuersitate aliter: atq; aliter prepent. ¶ Maxima vero nostris mentibus varietas ex diuersis amoris gradibus pficiscitur. Quibus qdem gradibus diuersi & visionis: & multo magis gaudij gradus non iniuria congruũt. Forte vero licet singule cuncta creata videant: vt pbabimus: alie tñ plura q̃s alie: ex his que nõ creauit: attingũt: & que vident pluribus rõnibus assecunt. Oẽs tamen vera ratione perspiciunt. Et cum gaudiũ velut terminus amori respondeat quẽ amauerũt ardentius: he coniunctius: vt solet amor: herentes interius transferũtur in bonũ: sic ipso amoris habitu conferente: suauiusq; fruunt. Proinde si mentium finis est ad diuinam substantiam peruenire: necessario illic tanquam in fine oẽ mentium desiderium prorsus impletur. Non impleret autem: nisi ordiné illic vniuersi creatum vndiq; comprehenderent.

B Siquidem eiusmodi est consuetuz studiũ intellectus: vt particularia in vniuersalia ad cõmunissimũ vsq; resoluat. Atq; ipsuz eius sub absoluta ratione describat: perq; omnes eius gradus distinctissime diuidat. Quasi ad id precipue natus sit: vt vniuersi forma quandoq; formet. Quid nam prohibet: intellectum dum fontem conspicit vniuersi: vniuersum effluens inde perspicere? Presertim cum non sicuti sensus ex sũmo sensibili ad sentiẽda minora impeditur ad tps: sic intellectus ex intelligibili sũmo ipediat ad reliqua: sed potius mirifice roborẽt. Preterea intelligibile genus amplius est genere naturali. Multa. n. vltra illa: q̃ natura facit: intelligi possunt. Igit quecũq; ad esse naturale cõplendũ necessario requirunt: insup & multo plura ad cõplendũ esse intelligibile exigunt. At vero esse intelligibile tunc demũ absolutuz est: cũ intellectus summũ attigerit finẽ. Quẽ admodum ipsa naturalis esse perfectio in ipsa rerũ cunctaq; constitutione consistit. Quamobrem deus quecunq; ad pfectionẽ vniuersi pduxit: in intellectu sibi iuncto producit. Rursus q̃uis alius pfectius alio deũ videat: singuli tamen ita vident: vt capacitas naturalis impleatur ad votũ. Nec aũt in qualibet mente ad omnia vniuersi genera: speciesq; extẽdit. Adde insup & ad singula passim subdita spẽbus. Nec enim insuper exoptamus. Itaq; mentes in deo ẽt singula distincte discernunt. Profecto cũ virtus superior possit quicqd inferior: atq; etiam eminentius: aie vero coniuncte corpibus: & vniuersalia cognoscant & singula: consentaneũ est mentes ipsi veritati coniunctas vna virtute: vnoq; intuitu vtraq; comprehendere. Presertim cuz & ipse rerũ species amplissime sint in illis: & ille virtutem ibi efficacissimam cõsequãtur: per quam genera: speciesq; ad singula vsq; deriuent. Sane oppositio quodã ordine rerum species ad intellectum coniunctum perueniunt: atq; separatum. Dic. n. resolutione quadam a singulis materie cõditionibus separando. Ibi vero ex conũctione quadam mentis cum forma diuina omnium effectrice: & iudice etiam singulorũ. Que qdez forma nõ a singulis abstracta est: sed singulorũ vbiq; creatrix: nõ forme tñ: sed materie: in q̃ singularitatis rex pfistit origo. Quãobrẽ forme in mentẽ ide fluẽtes vltra cõia ẽt singula pũctis mentibus repñtant. Qõ qdẽ hinc ẽt cõfirmat: q̃ si mẽtes angelice celestia corpa p intellectũ mouẽt: necesse est eas hoc ipm: qõ mouẽt: situsq; q̃ motu mutant: nõ ignorare. Nostre vero mẽtes ad angelicã pfectiz q̃s tũ ad motũ spectat: notitiã pduci possunt Precipue si quod illic gubernationis officium consequantur.

¶ Status anime apud deum imobilis.

D Cum mētes illic vnica dei forma rū creatarū videant formas: cōsentaneū est: vt oēs vna videant visione: que quidem si perfectissima est: statu possidetur potius q̄ successione queraf. Probabile enim est mentes quietis potius q̄ motionis auidas: vbi finez consecute fuerint: firmiter congescere. Presertiz q̄ si oēs vniuersi spēs ibi cognoscūt: sub quibusdaz veris generibus spēs p̄cedunt innumere: ceu sub numero figuraq̄: ꝛ ꝓportione: consequens esse vr: vt spēs quodāmodo videāt infinitas. Et vero cū infinita ptransire nō liceat: nō p̄tereundo ēnumerāt: sed manendo conspiciūt. Rursus si perpetua intelligentia ipsius intelligentis vita quedā est: atq̄ ibi intelligentia ob stabilitatē suaz particeps euadit eternitatis sequit: vt beata mens in eternā vitā iure translata dicatur. Merito quidem. Nempe mens humana inter eterna ꝛ temporalia media collocat. Sicut igitur operatio eius: qua coniūgitur temporancis tēporanea euadere consuevit. Sic ꝛ illa q̄ eternis eterna. Deniq̄ quonā pacto visio ipsa illic mobilis sit: nō video: vbi ꝛ videndi virtus tempus ab initio: tū vel maxime iam supereminet ꝛ obiectū: qđ videtur: ac forma: qua videt status ipse est: ipsaq̄ eternitas. Hinc sequitur: animas deo semel herentes inde discessuras esse nunq̄. Si modo motum iā trā scenderunt: atq̄ naturale desideriū impleuerunt. Quod quidem cuz ꝛ in substantia stabili sit fundatum: ꝛ ad stabile obiectuz naturaliter dirigatur: nimirum non aliam quam stabilem deniq̄ possessionem appetit tanquam finem. Quid mirum si sempiterna mens: quod nō propter aliud: sed ꝓpter se desiderat: desiderat vt semper habenduz. Preterea vbi naturalia sub se nulla ignorat: certe qualis sua illa possessio sit non nescit. Quo circa ꝛ defutura est: ꝛ futurā preuidet: ac viuit inscitu: cum possessione tam cara aliquando: animo breui se existimet carituram. Adde q̄ quecquid naturaliter cuidā adheret fini: non aliter & vi quadam illata inde diuellitur. Cuz igit deo mens tanquam fini coniungatur: naturaliter pre ceteris exoptato: coniunctio nisq̄ huiusmodi efficiens cā ipse sit deus: nullaq̄ vis maior ex aduerso queat accedere: que violenter quandoq̄ se iungat: q̄ deus sponte coniunxit: procul dubio mēs a nullo vnquaz inde recedere cōpellet ur. Quo autem pacto vel a certa veritate per fallaciam: vel a puro: totoq̄ bono per voluntatem sese auertat: cogitari non potest. Profecto neq̄ mentis substantia permutatur: neq̄ intelligendi perspicacia sub lumine deficit continue confirmante. Neq̄ lumen subtrahitur vnquā: quod ab eterni tate infunditur in eternum: neq̄ volūtas vel ob alterius stimulū a totius possessione recedit: vel ob tedium: satietatez ve ab eo vnquam obiecto se segregat: quod cum penitus comprehendi non possit: nimirū ꝛ semper occurrit: vt nouum: ꝛ cū admiratione summa: ideoq̄ cum desiderio cōtinue possidetur. Deniq̄ si quanto quid summo dei statui propinquis est: tanto fit immobilius: mentes substantia iam diuina formatas necesse est immobiles ꝓfus euadere.

¶ Singuli in deo contenti.

Hec vero singuli quecunq̄ appetūt consecuntur. Philosophi veritatis admodum studiosi hic in ipsa veritate veritatum procreatrice vera cuncta perspiciunt. Hic viri ciuiles gubernationi: ac potentie dediti cum omni potente gubernatore mundi potentissimi gubernatores euadunt. Hic victorie: glorieq̄ cupidi omnia iam aduersa vicerunt. Mouerunt omnes: beatis noti sunt omnibus. Hic voluptatum sectatores: si modo peruenerint in ipsa voluptatum causa: tota voluptate fruētur. Nempe queamadmodum corpora vmbre sunt diuinorum: ita ꝛ sensus oblectamēta diuini vmbre sūt gaudij. Mā mens efficacior admodū est q̄ sensus: ac vez: totūq̄ bonū falso quodā bono E

